BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
7 B
35

VI. 10. 30.
N.1.



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DE

ORTU & PROCESSU CALVINIANÆ *REFORMATIONIS* *IN* BELGIO.

In quo exhibentur pacta & fœdera ibidem inita, & demonſtratur nullam eorum à Reformatoribus habitam eſſe rationem.

Authore C. L. S. V. V.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

COLONIÆ

Apud Matthæum Vredenburgium.

ANNO DOMINI 1673.

DEMOSTHENES OLYNT. II.

Impoſſibile eſt injuſtum, perjurum, & mendacem potentiam firmam retinere.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

QUam in omni accuſationum genere naturæ cognata, omniqueſuffragio digna ſit Defensio, *ſummi, & imſimi ordinis homines recognoſcunt, illi quia ad defendendum, aut geniti, aut conſtituti, aut nominati ſunt, hi ut ſe ab injuriis male volentium tueantur. Paterni ſceleris odia ad poſteros etiam innocentes, caſibus quibuſdam deſcendunt: In vaſto legum Oceano leguntur aliquæ conſtitutiones quæ ab iniquo ſpecimen trahunt, aſt nulla gens, (modo à barbaris communi hominum ſenſu diſcriminetur) publicâ authoritate etiam nocentiſſimos, niſi auditos, condemnavit, ita ut Hiſtoricis inſolitum foret everſiones & ſupplicia eorum recitare, qui non expeditâ citatione nec auditis teſtibus viſiſque documentis legum ſeveritati ſuccubuerunt, niſi Batavici Sectarii materiam ſubminiſtrarent. Staret viribus ſuis etiamnum defenſio, vigeretque tam ſacrum juris primævi munimentum, ſi Batavorum reſpublica adhuc in undis latita-*

ret. Prudentiſſimis illa quidem inſtitutis domi, militiæque fundata eſt, aſt myſtagogorum ſuorum in Catholicos odio nimium obſecundavit, dum cives ſuos de ſe optimè meritos nullâ de causâ niſi, quod Catholicos ſe profiterentur contra fas, & æquum reſciſſis contractibus, poſthabitis juramentis, ſine indictione, ſine teſtibus. ſine inquiſitore rigidâ ſententiâ mulctavit, omnemque defenſionis ſpem, & occaſionem præjudicialibus judiciis abſcidit, ita ut eodem pænè, quo olim alius carmine, licet diverſo ſenſu exclamem.

Quo non mortalia pectora cogis
ſacra fames.

Mihi tantæ acerbitatis ſemina in gente alioquin placidiſſimâ & cultiſſimâ inveſtiganti, duæ potiſſimum ſcaturigines apparuerunt. Una originalis: nempe averſio, quâ Hiſpani regis imperium deteſtati ſunt, illa enim in eorum animos ita invaſerat, ut cum Jeroboam decem Judæorum tribus à reliquo populo dividente dicerent: Nunc revertetur regnum ad domum David, ſi aſcenderit populus iſte ut faciat ſacrificia in domo Domini in Jeruſalem: & convertetur cor populi hujus ad dominum ſuum. [a]

Altera

(a) Regum lib. 3. cap. 12.

Ltera cauſa, non cauſa, ſed allegatio & prætextus eſt in concionalium miniſtrorum conſiſtoriis ad circumducendum miſerum populum fabricatus, videlicet Pontificios verbis & exemplis docere, Romanæ religionis aſſeclas, nullā fidelitatem, licet eam juraverint, debere Principibus aut aliis, diverſum circa divina ab ipſis ſentientibus, *id non tantum in Cathedris, libellis & privatis congreſſibus inter ſuos proſeminant, verùm cum ſerio ſuper contractibus, & publicis fœderibus cum Catholicis Principibus concludendis conſuluntur idem reſpondere, & illa ſub hoc velamine diſſuadere non erubeſcunt* (a). *Ne mihi hic Conſtantienſis concilii canones aut Johannis* Huſſii *vel Jeronimi Pragenſis ſupplicia objiciant, talis enim farinæ objectamenta nihil moror, cum jam dudum variis demonſtrationibus, refutationibuſque jugulata ſint. Aliis machinis miniſtellorum labores proſternendos mihi deſumpſi videlicet eam, quam Catholicis affingunt perfidiam in ipſorum mentibus & actionibus reſidere.* Hic *igitur limpidâ rerum non incognitarum recitatione exhibebitur lectori.* In Romano-Catholicis belgis veterum Chriſtianorum fidem, & patientiam

(a) *Acta publica, lib.* 3. *Sect.* 1. *fol.* 165. 170.

vivere, illos autem, qui ipſis objiciunt infidelitatem rebellionemque, verbo, & exemplo docere Reformationis ſectatores nullam non tantum Romano-Catholicis fidem, vel obſequium debere, verum vix, & ne vix quidem ulla Sacramenta, publica fœdera, vel promiſſa in belgio Catholicis obſervata fuiſſe.

Non ignotum eſt magnum iſtum Scipionem ut Carthaginenſium arma à Romanis portis averteret, bellum feliciter ex Italiâ in Africam trajeciſſe. Nec Cunctator Fabius, nec alipes Marcellus fulminantem ſub patriæ mœnibus Annibalem coërcuiſſent niſi Scipionis Africanæ victoriæ eum ad transfretandum aſtrinxiſſent, ad exemplum tanti Ducis tranſmittamus Catholicorum copias in monſtroſam ſectariorum Africam, ac ſcrutemur an in punico regno eam fidem reperiamus, quam illi deſiderant in Romano. Falluntur illi qui nihil agunt aliud, quam ſectaries docere capita, in quibus fidei Romano-Catholicæ cardo vertitur, recludendæ ſunt ipſorum abſurdæ, & inter ſe pugnantes opinationes, Hæreſes ad originem revocaſſe, eſt refutaſſe, *eorum Reformationem, morum corruptelam, & fidei divinæ humanæque naufragium*

eſſe

eſſe non tantum argumentis, ſed vividis exemplis ipſorum geſta repræſentantibus demonſtrari debet. Ego me tantummodo belgii limitibus hoc in opuſculo circumſcripſi, alio emigraturus ſi Deus volet.

Menda ſic emendanda.

Pag.	lin.	errata	correcta
3	ult.	claniculariis	clancularis
8	18	eadem	eidem
21	18	ſub niſi	ſubnixi
27	11	diſſipaturum	diſſipaturam
37	22	clanicularis	clancularis
37	26	præſcribuntur	proſcribuntur
46.	24	Geldriam	Geldriā
59	23	amplexími	amplectamini
80	9	luem	lucem
108	11	poſtilimino	poſtliminio
139	3	religando	religandos
139	in notatis	celebratæ	celebrata
147	10	manifeſturos	manifeſtaturos
167	14	generalis	generalibus
173	21	cautionum	cantionum
176	13	quod	quos
183	9	duas	duos
197	27	ſuperſedebitis	ſuperſedebimus
215	19	Synodorum	Synodi

Cætera errata lector benevolus corrigere dignabitur.

D E

DE ORTU ET PROCESSU CALVINIANÆ REFORMATIONIS.

LIBER I.

SECTIO I.

DIſſertationem adornanti de incunabulis & propagine Genevenſis Reformationis in Belgio, &, quomodo illa, poſtquam adolevit, ſeſe tranſactionibus cum Catholicis initis abſolverit, horret & refugit animus ea refricare vulnera, quibus longa patiendi conſuetudo jam pœne callum obduxerat, verum cum ad ea tempora feliciter pervenerimus, quibus vera dicendi ſcribendique libertas refulget, piaculum foret alienigenas & etiam indigenarum multos defraudare cognitione earum rerum, quarum ignorantia mentes ipſorum ſuſpenſas hactenus tenuit, aut in errores abduxit, ut hi diſcant, quid illis credendum ſit, qui à rectâ credendi ſemitâ deviarunt, illi cognoſcant reipublicæ ſtatum quam tamquam capita aut membra componunt.

Annus quinquageſimus quintus ſupra ſes quimilleſimum variis tractatibus inter Carolum quintum & Henricum ſecundum Galliæ regem occupabatur, eodem tempore Cæſar evocato ex Angliâ Philippo filio, quam dudûm animo volverat, imperii, &, regnorum abdicationem executus eſt in illuſtriſſimo variorum principum conſeſſu ubi palam ex hibuit quam ei ſacrorum, & avitæ religionis conſervatio altè animo defixa hæreret, ejus enim tutelam ante omnia per Philibertum Bruxelium filio, & Brabantiæ ordinibus non perſunctoriâ recommendatione demandavit, obſecrans per amorem, quo Belgas complexus fuerat, ut ſummi Dei cultum ſacroſanctæ matri Eccleſiæ debitam obedientiam & Catholicæ religioni fidem perpetuâ conſtantiâ protegerent, ut leges, quibus hæreticorum coërcebatur petulantia colerent, nomine ordinum per Jacobum Maſium Urbis Antwerpianæ Syndicum reſponſum eſt, ſe Catholicam religionem idcirco majori ſtudio conſervaturos, quod ejus defenſio ad animarum ſalutem, & publicam rerum quietem pertineret.

Poſt Caroli diſceſſum perſtitit Philippus in belgio uſque ad annum quinquageſimum nonum, tum tempus adeſſe ratus ut Hiſpaniæ poſſeſſionem præſens capeſſeret Margaretam Parmenſem ducem comitiis Gandavi habitis Belgicarum Provinciarum gubernatricem renunciavit. Regis nomine Granvellanus Antiſtes neceſſitatem itineris, pronum Principis in Belgas affectum expoſuit, de religione legibus, & pœnis contra corruptores non leniendis fuſiùs ideo diſſerebat, quod ſectarum miniſtri, majori numero, in Provincias ſe-

cretis

cretis ingreſſibus irrepere prohiberentur, quapropter Rex in Hiſpaniam Vliſſingâ ſoluturus Wilhelmum Auriacum Principem,& alios circumfuſos proceres admonuit, ut religionis, quam à majoribus hauſerant, cultum, omnibus neceſſitudinibus anteferrent, ſedulo caverent ne illa detrimentum pateretur.

Margaretam Parmenſem regimini vix ſeſe applicantem difficillimi motus exceperunt: ambitio ſolemne in aulis malum, ideoque violentius, quod frequentius ſummi quàm infimi ordinis viros afficiat jam ſe primo Hiſpanorum in Belgicas Provincias adventu externam nobilitatem cum indigena nobilitate variis occaſionibus colliſerat, Parmenſis cancellis delegatæ poteſtatis circumſcripta nihil niſi ex præſcripto aut Antiſtitis Granvellani conſilio, cui ſua ſponte, & Regis juſſu plurimum tribuebat, conficere credebatur, cujus ſupercilium, imo ipſe inceſſus ad gravitatem factus exaſperabat nobilium ingenia. Auriacus, Egmontius, & Hornanus affectibus male quidem cohærebant, una tamen ratio illos conjunxerat, videlicet, quod ampliora imperia in Republica ſpe firmâ occupaverant, quam ſingulis offerebantur, quicquid igitur in ipſos defluebat infra meritum exiſtimabatur, fiduciæ autem ſuæ repulſam quilibet Granvellano acceptam volebat, ejuſmodi tamen certamina ſine Religionis injuriâ velamento publici boni obumbrabantur. Aſt interea Lutheranorum in Germaniâ, Calvinianorum in Galliâ, puritanorum in Angliâ anteſignani in Belgarum diſcordias intenti pervicaciſſimos ſuorum emiſſariorum clanicularis itineribus Provinciis infundunt,

 qui

qui ibidem alios, præſertim mercatores eadem ſcabie maculatos & pruritu novum Evangelii muſtum ſuis municipibus propinandi, laborantes inveniunt, jam enim ab aliquibus annis diverſis ſub involucris latebant aliqui, qui ſiniſtrè de Catholicâ religione ſentiebant, pars a Reginâ Maria ex Angliâ deturbata, pars ad huc ſuperflua ex Helvetiis Germaniſque legionibus quæ ſub Carolo quinto cum armis ſua etiam dogmata in Provincias detulerant: hærebant præterea in margine Friſiæ & Borealis Hollandiæ aliquæ Anabaptiſtarum reliquiæ ex fanatico exercitu, qui Babylonicum imperium Monaſterii in Weſtphalia ſibi quondam moliti ſunt, hæc igitur externorum & incolarum manus ſeſe calidis cohortationibus ad evertendam Catholicam religionem inflammant, vicinas regiones Evangelii luce clareſcere, non dimittendam eſſe opportunitatem, meſſem Domini in Provinciis fore abundantiſſimam cum tot illecebris invitarentur clamitabant, ſeſe itaque vario ſub tegmine ſodalitiis & circulis inſinuant, primo modeſtè de cleri, & ſacerdotum vitiis, prælatorum Luxu, & licentiâ, papalium cæremoniarum, dedicationum & ſacrorum vanitate, utpote quæ Populus non comprehendat, differunt, alii politioris ingenii viſi, ſemitam, quâ Catholica Religio cum Calvinianâ reconciliaretur, inveſtigant ac deſuper non tantum Concilii Tridentini Patres, ſed alios magnos viros, ut Balduinos, & Caſſandros conſulendos autumant. Plerique interim tam Catholici quam Sectarii legum vires contra hæreticos militantium labefactare ſtudent, & libertati ſentiendi ſtatuen-

dique

que de religione, aliquid indulgendum ſentiunt ...tiſſimi, qui hæc certamina pro ſuis concivibus ſu-...pêre, Catholici fuêre, ita ut teſte Calviniano ſcrip-...re Borrio (*a*) milleſimus vix alterius profeſſionis ...erit; edictorum rigorem temporibus, & hominum ...oribus intempeſtivum, imo hæc nihil aliud (quam ...iſpanicæ tyrannidis eſſe inſtrumenta ideoque In-quiſitionis tribunalia cum ſuis crucibus ignibus & ca-...ſtis tollenda eſſe judicant, ita Catholici lugubri er-rore pro illis pugnarunt, qui ipſorum religionem fer-ro ac flammis, quibus exempti erant deteſtabili ingra-titudine ſæpius addixerunt. Quis enim ibit infi...ias quod Calviniana Synagoga Catholicos extremis ſup-pliciis exſcindendos doceat, audiamus Lutheranorum Doctores ambarum partium medios, quos longo ordi-ne Benedictus Carpſovius (*b*) adducit videlicet *Calvi-...anos de Catholicorum tyrannide injuriâ conqueri cum ipſimet eos occidendos ſentiant & multos vitâ mulcta-...*, quid, quod Calvinus, Servetum, Bernenſes Valen-...inum Gentilem hæreſis damnatos ſuſtulerint; Eliſa-betha Angliæ Regina ſanguineis edictis in Catholicos ...onuit, videlicet *ſi quiſpiam Romani Pontificis au-...oritatem in Anglos agnoſcat, diploma impetret, res ... eo conſecratas in Angliam tranſportet, Pontificis ...iurationem ter oblatam recuſaverit Angliæ reginam ...it vel dixerit hæreticam, aliquem Romanæ Eccle-... reconciliarit, aut perſuaſerit vel procuraverit ut ad ... converteretur, vel qui a Calviniſmo alium dehor-*

 tatus

(*a*) *In ſua belgicâ Hiſtoriâ lib.* 1. *ad annum* 1559.
(*b*) *Praxi criminal. part.* 1. *quæſt.* 44. *num.* 29.

tatus eſt, qui abſolvendi authoritate ſeſe valere jactaverit, ſacer eſto, & in crucem rapiatur, non illicò tamen ſuffocetur, ſed ad huc reluctanti virilia primum amputentur & in ignem mittantur, tum venter aperiatur cor & ilia evellantur ac tandem in partes diſcerptus truncato corpore ad urbis portas ſuſpendatur.

SECTIO II.

EX Angliâ in Belgium tandem revertamur ubi Imperator Carolus Quintus contra Religionis Catholicæ perturbatores annis. 1521. 1522. 1526.1529.1531. 1533. 1534. 1535. 1540. 1549. & 1550: capitalia edicta emiſit, eadem per proceres & Magiſtratus ſuffragiis & ſigillis, dum hæreſis nondum de ipſorum integritate quicquam libaverat, munita fuêre, imo Arauſionenſis Princeps gravi oratione parmenſi gubernatrici perſuadere ſtuduit (a) *quod optimates ejus animi forent ut nihil potius expeterent, quam ut Catholica religio ſalva perſtaret, & quod ſi ejus cultus ſine ope inquiſitionis retineri non poſſet, illam eſſe dignam cui patrimonium, &, ſpiritum impenderent*, quare ipſimet conſœderati nobiles, qui Gubernatrici pro edictorum moderamine ducibus Henrico Bredenrodio & Ludovico Naſſovio ſupplicarunt ſtimulante conſcientiâ confitentur (b) *quod Rex non habuerat cauſas ulli improbandas, quibus ante ſæpius, & potiſſimum poſtremis litteris patris Cæſaris exemplo retinendam veterum de religi-*

(a) *Nicolaus Burgundus Hiſtor. belg. lib. 2.*
(b) *Libellus duci parmenſi oblatus.*

religione edictorum ſeveritatem imperaret, non obſtante hac tam ingenuâ confeſſione, quamtumvis nullas expromant rationes, quare eorum rigor veniret molliendus, niſi peccantium multitudinem & pervicaciam, attamen ſacris hiſce conſtitutionibus, &, tribunalibus, quæ, ipſa vetuſtas, regum voluntas, populique conſenſus commendabat, &, quæ ipſi, niſi propria ſtatuta proterendo, improbare non poterant, omnem authoritatem detrahebant, evomentes quod ſceleratiſſimam lanienam ſuggererent quæ divinis humaniſque legibus repugnabat, & communis hominum ſenſus reſpuebat, omniumque retro Tyrannorum paganorum, atque infidelium barbariem ſuperabat. Hæc dicta ſint generaliter de inquiſitione, Cæterum ut preſſius annuis faſtis inſiſtamus, ſciendum eſt, quod uſque ad annum ſexageſimum primum ſupra ſeſquimilleſimum novatores metu legum, quæ inexorabiles hactenus fuerant, privatos intra parietes, vel in locis acceſſu difficilioribus concionibus & concinendis Pſalmis operam dederant, in Octobri autem ejuſdem anni duo miniſtri Gallici eadem nocte unus Tornaci; alter Valencenæ frequenti ſoro verba ad populum fecere, re ad Parmenſem delatâ, Tornaci paucorum captivitate repreſſi ſunt primi ardoris conatus, inter captivos fuit Matthias Lanea homo facetè impius (a) quippe qui devotionis ſpeciem ſuo Evangelio intexuerat, emptæ enim furtim Mulierculæ fanaticum morbum mentiebantur, quæ deinde mimicam ſanitatem ei adſcribebant, ſed mendacium non diu occul-

(a) *Nicolaus Burgund. belg. Hiſt. lib.* 1.

tum fuit, ſanaticæ enim promiſſum operæ pretium exigentes, dum negliguntur, omnem larvam detraxêre. Valencenæ ferocier inſæviit tempeſtas. Philippus Maliart & Simon Faveau abjectæ ſortis homines, miniſterio tamen turgidi rabidis conſiliis plebem impleverant, aſt primo in carcerem, poſt ad rogum à Magiſtratu perducuntur, inſoleſcit idcirco hæreticorum contra Magiſtratus pertinacia, lignorum ſtrues dejicitur, vincti expediuntur & in libertatem à lymphatis hominibus aſſeruntur.

Interim in civitate Inſulanâ colliguntur in ordinem fidei Genevenſis Articuli à Miniſtris Guidone de Bres, & Godefredo Wingio ex quibus tandem prodiit confeſſio laudata primis ſuffragiis Georgii Witobii, Chriſtophori Fabritii, Cornelii Colthunii Alcmarienſis, Nicolai Carenæi Embdani, Petri Datheni, Caſparis Heydani Franckendalenſis, Pellani Francofurtenſis, Taffini, & Petri Collonii Metenſis, eadem Anno Sexageſimo Quarto ſubſignavêre Ludovicus Comes Naſſovius, Florentius Culenburgicus & Henricus Bredenrodius.

SECTIO III.

Ejuſmodi de religione tumultus non invitis auribus à procerum nonnullis excipiebantur, cauſa eorum Granvellano imputabatur, quapropter Auriacus Egmontius & Hornanus ſuper evocando Cardinale ad regem codicillos componunt, ne autem regi ſuſpicio ſuboriretur, quod poſt eum ſubmotum quicquam

contra

contra Catholicæ religionis ſtatum attentaretur magnificè in hæc verba prorumpunt: *Quod ad religionem ſpectat, (quæ res ſummi momenti eſt hoc tempore) de nobis ea ſpondemus omnia, quæ a ſubditis tibi Catholiciſque hominibus, quales profitemur eſſe exſpectari poſſent, etenim ſi nobilitati ea res curæ non fuiſſet, profecto religionem hoc tolerabili, quo nunc eſt, loco non haberemus*, poſt reiteratas ejuſmodi admonitiones ex belgio tandem tacito regis juſſu (qui hanc quoque materiam Provincialibus diſſidiis ſubductam volebat) diſcedit Cardinalis, ſuo tamen abitu animos illorum, qui aut hæreſi afflati, aut hæreticorum inſidiis circumventi erant, non pacavit, præfecti quoque aliis atque aliis diviſi contentionibus languidè Provincias procurant ut palam facerent quod ipſorum conſilia de mitigandis ſtatutis ſincerâ quaſi fide ſuſtinebantur, inquiſitorum judiciis ſeſe interponere aut pro ſontibus intercedere non omittebant, qui, ſi dimittebantur, exemptorum impunitas aliis multo ſceleratioribus proficiebat in exemplum, ſi legum ſeveritas expediebatur, Rex, gubernatrix, Judices, leges, &, quicquid ſubdito ſacrum eo uſque fuerat, promiſcuis contumeliis profanabatur, Libelli famoſi hinc & illinc tamquam civicæ tempeſtatis prodromi ſparguntur in quibus formidanda multitudo nomina & operam ad inquiſitionem tollendam, & deliberandos ob religionē captivos pollicebatur. In ſenatu interim examina & vota ſervent pro ſtabiliendâ fide Romanâ. cui nemo ſeſe in tantâ Luce opponere audebat. Viglius Concilii præſes loco ſententiæ ingeminat *multos quidem Provincia-*

 lium

lium eſſe corruptos, remedium tamen ad ſiſtendam luem nondum deploratum, modo quilibet ſuo muneri ea, qua par eſt, obſervantiâ ſupereſſet, multos peccare impunitate illectos, eos poſſe coërceri, modo uſus legum a maioribus contra audentium veſaniam repertarum non interpellaretur, Auriacus è contra meditatum impetum in hæc verba reſolvit *ſine ambage regi enunciandum eſſe magnam multitudinis partem a religione Majorum defeciſſe, magiſtratus impares eſſe tanto incendio, nihil per tot annos ferro & igne profectum, opportuna ſuis temporibus hominibus & vitiis applicanda eſſe medicamina*, diſcuſſis ſententiarum momentis pronunciatur legatum in Hiſpaniam dirigendum, qui religionis & reipublicæ vulnera regi denudaret, & arctis in rebus levamen peteret, denominatur itaque Egmontius multis nominibus regi charus, qui confecto itinere Mantuam Carpetanorum ſub exitum Februarii anni ſexageſimi quinti ſupra ſeſquimilleſimum advênit, ſummâ legationis & quo in diſcrimine religio cum Republica verteretur expoſitâ, contraxit Rex in concilium electiſſimos Antiſtitum & Purpuratorum, ex quorum votis ſenatuſconſultum concinnatur quod Egmontio redeunti committitur cum regiis litteris mentem ejus ſuper religione, & plectendis hæreticis aperientibus, *videlicet Regem ſe eſſe non poſſe per leges nec velle propter conſcientiam niſi Catholicum & nullis imperare niſi Catholicis, adeo ut fixum ipſi ſederet, potius ſceptrum & vitam inter mille cruciatus quam religionem deponere.* Aderant adhuc aliæ ad gubernatricem & varios præfectos litteræ, quæ ubique tam perſpicue

ſpicue regis intentionem de defendendis inquiſitoribus & capitalibus in hæreticos ſanctionibus exequendis patefaciebant ut non ſupereſſet anſa ulterius fluctuandi.

SECTIO IV.

HÆ ſunt igitur illæ litteræ, quibus Auriacus & alii primam Belgicorum tumultuum originem acceptam ferunt, & quæ non paucis ex ſummis & ordinariis Magiſtratibus memoriam Sacramenti, quo ſuo Monarchæ devoti erant, ita excuſſerunt, ut, quamvis Catholici, fidei hoſtibus melius, quam patriæ, quam religioni quam regi percuperent; prima autem contumaciæ ſigna emicuêre in Brabantiâ, cujus ordines ſuis ſeſe privilegiis contra inquiſitorum munia defendere laborabant. Carolus Cæſar ſæpius expertus dicitur has Brabantinas immunitates principatui graves incumbere, ideoque illas appellare ſolebat ſobolem abortivam fœminei & imbellis regiminis, cui Provinciæ tempore Mariæ Burgundicæ Caroli audacis filiæ ſuppoſitæ fuerant, verum togatorum expoſtulationes intra metas civilium dimicationum ſubſtiterunt, aſt multo vehementius exarſit nobilitas cujus non contemnenda capita (ut jam dictum) Genevenſi confeſſioni ſubſcripſerant, ejuſque Magiſtris & diſciplinis ſeſe mancipaverant, hi mutuo fœdere illigati nocturna diurnaque miſcêre conciliabula, credendi libertatem, conſcientiarum tranquillitatem, Hiſpanæ Tyrannidis internecionem, & ſi quiſpiam obſiſteret, Eliſabetham in Angliâ, Collinios in Galliâ, proteſtantes in Germaniâ

maniâ ſpecioſa & magna ubique nomina oſtentant, Catholicorum plurimi his argumentis perſuaſi, alii ſuâ levitate præcipites, plurimi furioſo torrente in ſcelus abrepti ſeſe illis applicuêre nuncupante itaque devotionem Philippo Marnixio Sanctæ Aldegundis Domino graviſſimus conſecrationibus ſeſe obſtringunt, quod nullam in Belgio inquiſitionem paterentur, quocunque nomine ea incolis obtruderetur, verum ſe eam ſtirpitus evulſuros ut ſomitem turbarum & incendium, quo Reſpublica conflagrabat, obteſtantur interea haud alio reſpicere Sacramentum, quam in honorem divini cultus, Regis amplitudinem, & publicam ſalutem: præcipue conjurationis protegendæ partes traduntur Bredenrodio, porro aliorum nobilium qui ſeſe aggregaverant, non idem ſenſus aut ſcopus erat, Catholicis ſufficiebat ſi fidei inquiſitores multis familiis exitioſi, & qui ordinariam juris dicundi authoritatem labefactabant abrogarentur, Calvinianis alia mens erat, illi enim enervatâ inquirendi de fide poteſtate novam credendi formulam certa jam fiduciâ uſurpabant, & cum Catholicorum ad hoc proclivem operam experiuntur, eorum manibus faces Orthodoxæ Matri Eccleſiæ inſerunt quibus ipſimet miſerrimè conflagrarunt.

SECTIO V.

POſtmodum varie deliberant confœderati, dieſque clam deſignatur, quo Bruxellis præfectæ libellus ad abolendam inquiſitionem præſentaretur; & quamquam

quam in arcano conſilium foret apparatus tamen ita celari non poterat, quin Gubernatrici detegeretur, illa inſolenti novitate rei concuſſa optimatum conſilium ſolito frequentius ad Sextas Calendas Aprilis evocat & repetitis in Hiſpaniam nunciis regem de ſtatu Belgii edocet, adſunt ad condictum diem patres, poſt aliquot altercationes illi tempori immaturas concluditur conjuratos in urbem, & aulam quidem eſſe admittendos, ſed inermes, & quod illis proviſionali reſponſione ſatiſficeret, relicto regi ſuper omnibus integro judicio, hæc dum agitantur, ſubit urbem & Curiam fœderatorum longus ordo ante ſignano Bredenrodio & parmenſis conſpectui venerabundus ſeſe offert, ubi aliqua pro locutus libellum porrigit, cujus compendiũ præclara nobilitatis in regem & Rempublicam ſtudia præ ſe ferebat concludens *ne ſua celſitudo gravaretur per ſolemnem legationem regi exponere quantum detrimenti Provinciis ab inquiſitorum crudelitate impenderet cui præveniri non poſſet niſi reſciſſis per regem ſævientibus Sanctionibus, & ut interea juſſu gubernatricis tam odioſa executio ſuſpenderetur, quod ſi vero æquiſſimis precibus aditus negaretur proteſtabantur confœderati nobiles ſe inſontes velle haberi à tumultibus & diſcrimine quibus reſpublica periclitabatur* reſpondit Gubernatrix, *ſe jam animo agitaſſe legatos deſtinare ad regem, qui ſuam Majeſtatem de omnibus, præſertim, religionem concernentibus imbuerent, ſe non dubitare quin plurima de veterum legum ſeveritate eſſet inducturus interea tamen ſua non eſſe poteſtatis legum aut inquiſitorum exercitiis remoram ponere, ideoque ipſis acquieſcendum*

ſcendum quo ad preces citiſſimis nunciis ad regem deferendæ cum reſponſo reverterentur ſeſe tamen ultra curaturam, ut inquiſitorum magiſtri eâ continentiâ agerent, ut nulli querelæ locus ſuper foret.

Conjurati exſpectatione inferiora nacti eadem pompâ curiam, &, Gubernatricem repetunt, ubi Bredenrodius rurſus inſiſtit, ne inquiſitoribus fas eſſet, interim, dum eorum deſideria ad Principem irent, ſuppliciis quempiam ob religionem conficere; Gubernatrix reſcripto contentos eſſe juſſit, plura in præſentiarum addici non poſſe, litteras eſſe compoſitas, quibus Magiſtratus de excolendâ circa inquiſitionem modeſtiâ admonebantur, has deinde Secretarium Bortium illis recitari imperat & eos dimittit.

Quid vero ulterius peractum ſit, unde Geuſiorum nomen emanarit, &, quid in lymphatis animis prepotuerit temulentia çum paſſim decantatum ſit, tacitus prætereo,

Diſcedunt itaque conjurati; Provincias autem per quas iter habebant, falſis ſuſurris implent, quod aurei velleris equites, & conſeſſus ſanctioris proceres Sacramento interpoſito in ſe receperant nec quæſitores nec Magiſtratus vim legum contra ſectarios ad hibituros. Gubernatrix horum conſcia, & quod integras urbes familias, & egentiſſimum quemque factioni adjungerent, officii eos graviter admonuit; interea edicta in hæreticos vario lenimine mitigavit; Geuſii autem anxii ne ordines hac edictorum mitigatione contenti ad partes Parmenſis pro defendendâ ulterius Catholicâ religione accederent, paucis diebus ante Calendas

lendas Maji anno ſexageſimo ſexto ſupra ſeſquimilleſimum procurant, ut circa Majores Flandriæ vicos diurni concinalium turbarum conventus (jam enim nocturnos diu celebraverant) habeantur, hæc concionandi rabies ex Flandriâ Antwerpiam, & per totam Brabantiam quantocius pervolat, deinde Hollandiam, Zelandiam, Friſiam & Ultrajectinum territorium pervagatur; ubique ingenti concurſu conglomeratur multitudo, alter alterum Pſalmorum tamquam Syrenum cantu ad audendum incitat, ſi vero quempiam minus audere adverterent, *adeſſe tempus (ingeminabant Miniſtri) quo Evangelium ſuppliciorum metu ſolutum in publicum efferretur, inania Magiſtratuum nomina non amplius extimeſcenda eos enim tam conſenſu parentium deſtituerentur in privatorum ſortem re incidere, multis jam locis Evangelicis concionibus bene ceſſiſſe quoniam fœderati pulchris ipſorum conatibus, armis, Conſiliis, & Votis aderant.* Non tantum hæc magnificis verbis in vulgus ſparguntur, verum ipſo facto exhibentur; Forte Advocatum quendam ſceleris convictum Gandavenſis fiſci procurator in carcerem abdiderat repentè miniſter cum ſex armatis in Curiæ præſidem domi ſuæ repertum ſtrenuè debacchatur captivumque dimitti, concioneſque liberè frequentari poſtulat, præſes ad brutum fulmen inconcuſſus *regis ſe eſſe officialem reſpondit, ſe ejus imperio, non alterius, morem gerere, ſcire eos debere, novas nuper leges ex communi procerum ſententiâ in illicita conventicula promulgatas, quas cum defendere juberetur exercitium earum ſine crimine remitti non poſſe,* quem

quem torvâ fronte intuens miniſter, receſſit, inquiens *nondum profectò intelligis verbum Dei nullis ad ſtringi vinculis*. Ejuſmodi armis novatores contra privatos ſeſe muniebant. Aſt cum Urbanis aut ruralibus Magiſtratibus ſuam cauſam probare & religionis novitatem a ſeditionum labe, quâ vehementer urgebatur protegere conabantur aliis modulationibus litabant. Ita Johannes, Petrus, Realius, Magiſtratui Amſtelrodamenſi modeſtiſſimis precibus fit ſupplex; videlicet *quod paucorum perverſitas concionantes turbulentorum nomine ad Dominos ſcabinos injuria detulerat ipſos nulli rei, niſi lucrandis animis operam dare, licet autem hac infamiæ nota longe ab ipſorum moribus abeſſet, tales tamen ignominias, eodem, quo Paulus quondam, animo deſpicere; præcipue quoniam nulla unquam doctrina reperta fuerat, quæ pacis publicæ partes arctiùs complecteretur, omne id, quo conciones ipſorum effloreſcebant non alium ſcopum, quam Dei Gloriam, conſcientiarum tranquillitatem, & animarum ſalutem intueri, auribus ipſi ſuis, aut Paſtorum quos ad ipſas dimitterent credere non dedignarentur*, verum cum Magiſtratus ſeſe deliberaturum edixiſſet quam primum numerus ad conficiendum ſenatuſconſultum compleretur, ſine morâ ſupplicum larvam detrahunt, ac non exſpectato conſenſu extra Harlemenſem portam numeroſâ frequentiâ coëunt, ita, ut urbano prætori cui turbas diſpergere incumbebat magnâ audaciâ ſeſe obiicerent. Eodem tempore pervolant Hagam Comitis armatorum aliqua agmina, qui in conſpectu, & ante fores Cornelii Zuſii Curiæ

præſi-

:ſidis coronam explicant, eandemque curribus
ibus armati inſedebant circumvallant, miniſtrum-
e medium recipiunt, & ſuis ſacris in ludibrium aſpi-
ntis præſidis operantur. Ambroſius Willius Tor-
cenſem plebem aliis adhuc torminibus circumegit,
ic Miniſterii titulo inſolens, tamen in primâ ſcenâ
nodeſtiſſimam perſonam aſſumſerat, verum cum
arum proficere ſibi videretur, exutâ perſonatâ mo-
deſtiâ vaſtiſſimis clamoribus Civitatis proceribus in-
ſultat, deinde tabellas in hunc ſenſum ad eos dimitti
jubet, *Captivos quos religionis occaſione detinebant ex-
templo dimitterent, & edictis deſinerent terrere eos,
quos ſcirent armatâ manu ultionem petituros; ſi tamen
obſtinati progrederentur, ſe reipublicæ gubernacula, ad
multitudinem & civitatis imperium ad gallos tranſlatu-
rum*, ubique paſſim ſimilia in concionibus audieban-
tur, &, ut re ipſa metum obſiſtentibus inferrent om-
ni telorum genere muniti ad conciones procedebant,
parmenſis iterum iterumque irritata ac dolens tàm vi-
lem jacere ſanctionum regiarum authoritatem, in ſena-
tu multa conqueritur de aliquibus purpuratis, alios
vero blanditiis & promiſſis ad officium revocat; ho-
rum igitur conſilio ad conjuratos nobiles tales rurſus
codicillos tranſmittit, *quod multorum quidem opina-
tio ipſis turbulentam emotæ multitudinis præterviam
adſcriptam vellet, ſe tamen eo nondum deductam ut
ejuſmodi ſuſpicionibus indulgeret, nimium enim obſtare
fidei interpoſitæ Sanctitatem, rogabat tamen ut præclaræ
de inito fœdere exſpectationi re ipſa ſatisfacerent, &
ſeditioſa plebis examina manu & conſilio diſturbarent.*
B Conjurati

Conjurati acceptis hiſce codicillis diem & locum habendo concaliabulo ad fanum Sancti Trudonis Leodienſis ditionis oppidum definivêre, protendentes quod ad Gubernatricis litteras ſociorum auditis votis reſponſum molirentur. Re ipsâ pulſante conſcientiâ eo cum ingenti hæreticorum globo impellebantur. Parmenſis de conventu edocta, ſpeculatur quorſum hæc tempeſtas eluctaretur. Hæretici ibidem legum metu abacto promiſcuam religionis licentiam plus, quam rogant, alii ſi legum moderamen cuſtodiretur, & caveretur, ne confœderatio fraudi vel exitio cuiquam foret, ſocietatem diſſolvendam, urgent, ac juſto dolore ſtimulantur, quod Calvinianorum nihil non audens procacia ſeditioſis ſuffragiis Regis Majeſtatem invaderet, quod de concionum publicandâ libertate, quaſi in eas conſenſum foret, de militibus, alienigenis auxiliis, ducibus, pecuniis, & armis decernerent; quare multis perſuaſum fuit hac de causà confœderatorum nervos hic fuiſſe luxatos (*a*) vicit tamen ſectariorum Contumacia, neque extra ſuſpicionem eſt quod inter hæreticos clam cæteris ibidem agitatum ſit de eâ, quæ mox per Provincias ſequebatur ſacrorum violatione. (*b*)

SECTIO VI.

GUbernatrix timens ne in furioſum exitum conjuratorum deliberationes deflecterent, præcipuos interrogat

(a) *pag.* 8. *Hooft author Calvinianus in belgicâ Hiſtoriâ Lib.* 3. *annum* 1566.
(b) *Strada de bello belgico Tom.* 1. *lib.* 5.

terrogat ecquid levaminis tanto vulneri ſuggererent ? li reliquum nihil eſſe judicant, quam ut diſſolveretur onfœderatio, quaçunque id demum ſolertiâ fieri poſ-ſet. Impoſita igitur fuit hæc Provincia Auriaco & Eg-mondano, qui Gubernatricis nomine confœderato-rum deputatis exprobrant, quod tumultuaria ſeceſſio qua à cætero reipublicæ corpore divellebantur, illo-rum fidem graviter redargueret, parmenſem legatos ex conventione imbutos in Hiſpaniam feſtinaſſe, legum duritiem temperaſſe, & novi nihil, ex quo libellus oblatus erat fuiſſe commentam, promiſſorum memi-niſſent, in ſe ſuſcepiſſe quod concionum pruritum quo populi laborabant, unitis viribus reſtinguerent, cum tamen poſt pręſentatum libellum ita ex æſtuaſſent coitiones, ut non in communem ſalutem, ſed ad hæ-reticorum accelerandas, multiplicandaſque congre-gationes videretur inventus.

Concuſſit confæderatos invidioſa expoſtulatio, va-gâ igitur reſponſione crimen purgare adorſi, tandem promittunt ſeſeBruxellis pleniori cum inſtructione ad-futuros; porro eodem tempore parturiebat hæreſis infame & horridum illud monſtrum, de quo ſupra memoratum, cujus unguibus Orthodoxæ religionis Majeſtas, templorum decor, altarium, ſtatuarum, & ſubſelliorum ornatus, & antiquitatis venerabunda momumenta lacerata, &, diſperſa ſunt.

Prodierant in Flandriâ primo conciones diurnæ, ibidem quoque primi ſacrorum laniones in agrarias di-vorum, & Chriſti Crucifixi imagines irruptionem fecêre. Hinc in templa, ſacella, cœnobia, urbium,

vicorum, pagorum & arcium progreſſi, multa horrenda, execranda, & poſteritatis credulitatem ſupergrèdientia perpetrarunt. Quis enim credat, quod uno anno, uno menſe, diſſitis ſed pluribus in locis, paucis diebus & præcipuè in Feſto divi Bartholomæi, quaſi ex ſtipulato Caſleti, Ballioli, Ypris, Gandavi, Tornaci, Valencenis, Trajecti ad Moſam, Maſeicæ, & in pleriſque Hollandiæ, Geldriæ, Zutphaniæ, Zelandiæ & Friſiæ oppidis, Eccleſiæ Altaribus, altaria Sacris ſignis, ſigna ornamentis, & artubus truncata, debilitata, & ita everſa ſint ut poſt ſatiatam lanienam, vix ſimulacrorum veſtigia, vix baptiſteria, organa, Sanctæ Euchariſtiæ, ædiculæ, ſuggeſtus, candelabra, codices, & ſedilia perſtiterint, horrendum dictu Chriſti ſacratiſſimum corpus, ubi poterant, proculcare, confodere, aut in ignem iniicere, Sanctorum oſſa diſſipare, ſacro oleo & chriſmate calceos incruſtare, infinitis ludibriis Chriſti, e cruce pendentis, &, Magnæ Matris effigiem exagitare, & ſacratas Veſtes conſpurcare, iſti Copronymi non fatigabantur.

Omnem autem exhaurit horrorem, quod Antwerpia perpeſſa eſt; Metrius *(a)* Calviniſta Domeſticæ veſaniæ teſtis omni exceptione Major poſterorum fidem de rei veritate fluctuare non permiſit, dum inquit, *quod in Auguſtiſſimo divæ virginis templo tanto furore ſit ſævitum ut ante noctis medium cuncta ſanctuaria deturbata, ſimulacra revulſa, clauſtrà reſerata, & ornamenta diſcerpta ſint, ut ex ſeptuaginta aris ne*

(a) *ad annum* 1566. *in ſuâ Hiſtoriâ Belgicâ.*

quidem unum ſuperfuerit. Hoc ſcelere illorum pies nondum fuit conſumpta, in obvia enim cœno-a, & templa per urbem ſeſe explicavêre, veteres lonos ferro ac fuſtibus fugantes, ac iterum pollutas anus in panis cœleſtis arcam inferentes, illud angelis doratum formidatumque numen Album Johannem, auponem ad dimidiam lunam compellantes ingemi-nanteſque ſi Chriſtus es, dic, vivant Geuſii, & in te credemus. Hæc ſtrages tantâ cum arrogantiâ & pe-tulantia in ſuperiores, & Civitatum Magiſtratus erat ſociata, ut reperti ſint qui conſulibus aut præſidibus libellos obtruderent, quibus publicas Miniſtrorum operas ad fana & monaſteria idolis (ut ajebant) pur-ganda expoſcebant. Hagæcomitis (*a*) quidam Adria-nus Menningus & Theodoricus Juſtus Suſium Curiæ præſidem, ſenatum, item, loci Magiſtratum hujus veniam rogare non erubuerunt, regerentibus autem, quâ ſub niſi authoritate adeſſent, unus pectus manu monſtrans ſe authoritatem in ipſo ſinu occultatam, interiora conſcientiæ ſcilicet innuens circumferre re-ſpondit; qua de causâ perculſi patres publicam direp-tionem permiſère. Nondum tamen ea contenti priva-tos (*a*) coëgere, ut ipſis imagines ſacras, quas frange-gerent, ſuggererent.

Verum Calvinianorum Miniſtri ubique & potiſſi-mum Antwerpiæ violatæ religonis fideique ac tot ſce-

(a) *Joan: Meurſius author Reformatæ profeſſionis in ſuo auriaco lib. 2. Hooft dicta Hiſtoriâ belgicâ lib. 3.*
(b) *Eremundi Hiſtoriâ de tumultum belgicorum origine ordinibus & Principi Mauritio inſcripta fol. 163. ... 16*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

lerum invidiam a ſe derivare, & plebem crimini ſubſtituere laborabant, perfido ore ſummum numen teſtantes, quod ſine eorum conſcientiâ cuncta forent peracta, *cupere quidem, id, quod factum cum ad Dei gloriam pertineret, quod Idolorum ſervitus tolleretur, modum tamen deteſtari & non niſi Magiſtratus juſſu faciendum arbitrari*, verum Catholici non ignorabant ex quo myropolio hæc catapotia provenirent (*a.*)

Valencenenſes per Norcarmium in obſequio fuiſſent cohibiti, niſi verbi-præcones multitudinem in Iconomachiam acendiſſent, Tornacenſes myſtæ agricolas dato ſtipendio ad piaculum conduxêre, hæc in Flandriâ, verum nullibi miniſteriales copiæ luculentiores perfidiæ & promotæ Iconomachiæ notas prodidêre, quam in Ultrajectinâ diocœſi, eo enim vix tenuis fama de Flandrico & Brabantino imaginum naufragio allapſa erat, cum Miniſtri mox ſeditioſis concionibus plebeculam exſtimulant, ita ut vigeſimo quarto Auguſti ſectariorum præcipui matutinâ cohortatione calentes, a conſulibus duo in urbe templa ſuperbè expoſcerent, reſpondent illi id ſuæ poteſtatis metam excedere, eorum tamen deſideria ad ſenatum relaturos, aſt ne aliqua diei portio ſine ſcelere ipſis deperiret, iterum concionem advocant, qua armati in Eccleſiam Sanctæ Gertrudis involant, divorumque Statuas & omne, quod ſummo numini dicatum, momento peſſundant, poſtridie ſeſe Magiſtratui ſiſtere & poſtulata

(a.) *Michael ab Iſſelt in Hiſtoriâ ſui temporis ad annum* 1566.

a reiterare non erubeſcunt ſacrilegâ arrogantiâ tuentes quaſi re optime geſtâ; addunt etiam, quod ſis jam fixum decretumque ſtaret, abominandum naginum cultum non amplius tolerare, ad ea cum ultum diuque deliberatum eſſet à D: D: Johanne Reneſſio Domino in Wulp, Johanne Stephano a Seulen, Johanne Wilhelmo Nyveltio, Hermanno de Vecht, Johanne Taets Amerongio, Henrico de Vocht Reyneveltio & Wilhelmo à Diemen, aliiſque complurimis nobilibus, & primariis civibus tandem à Geuſiorum delegatis octo dierum inducias efflagitant, ut interim quid mentis Gubernatrici & Auriaco hac de re ſederet, intelligerent; hæc cum deputati abnuere non poſſent conmuni voto excepta eſt conditio & data dextra, verum vix digrediuntur præfati nobiles, cum ferventiori iterum tumultu redintegratur direptio factaque irruptione in templa, ſacrilegium ſuperaddita perfidiâ augetur, poſtridie rurſus a Magiſtratu ad delegatos dimittitur Reneſſius, qui precibus & obteſtationibus quatridui moram extorquet, verum, dum is, redit, ſuadet obſecrat & demulcet, divi Nicolai & Sanctæ Gertrudis ædes novâ immanitate devaſtantur.

SECTIO VII.

DIximus comitia Bruxellas fuiſſe convocata quibus de conjuratorum querimoniis cognitio haberetur, adeunt ab una & alterâ parte delegati. Fœderati conſiſtorialium furiis accincti, & iconomachis in fidem receptis (a) petita in immenſum intendunt, ſe Secta-

(a) *Hugo Grotius Annal lib.* 1.

riorũm patrôcinium contra cleri vim, & minas ſuſce-
piſſe, externis ſocietatibus & armis eſſe firmatos, &,
ni cautio interverenirer, iconomachorum furias Bru-
xellenſibus mœniis & aulæ ſeſe admoturos jactitant.
In curià diſſidiis & ſuſpicionibus laborabatur, exi-
ſtimant aliqui Sectariis aliquid condonandum, quo-
niam validiſſimæ civitates novitatibus erant manci-
patæ, nullam aliam medicinam in promptu eſſe, quæ
aliâ ratione communi vulneri ſolamen proferret,
Gubernatrix òrbata eorum conſilio, quibus hucuſque
ſeſe crediderat, ex præſidis Viglii ſuaſu proceribus fide-
litatis Sacramentum reiterandum proponit, id à multis
ipſoque etiam Egmontio acceptatur, Auriacus &
Hornanus abnuunt, interim inculcantes formidabi-
lem iconomachorum multitudinem Bruxellenſibus
portis imminêre, eos multos ex regiis miniſtris & Ec-
cleſiaſticis ſuæ rabiei ſacrificandos deſtinaſſe; Guber-
natrix nihil tutum circumſpiciens Arſchotano urgente
fugâ caput ſubducere deliberat, contra inſtat Viglius,
pauliſper tandem ſedatâ, conjuratorum poſtulata de
conſcientiæ & religionis libertate Curiæ ſuffragiis ite-
rato diſcutienda committit. Auriacus & Hornanus
ferventi rationum verborumque abundantiâ, propug-
nant, quod religio hoc rerum articulo pertinaci de-
fenſione everteretur, aliquid laxamenti indulgendum
pro tempore, neque regem, ſin inermis adeſſet, aliam
ſemitam ingreſſurum. Margareta, licet perſpectum ha-
beret, quam regis intentio ab ejuſmodi perſuaſionibus
diſſonaret, non tamen obſequi valens ac diu tandem
tum in has tum illas partes ſe circumvertens, eo pertra-
hitur

hitur ut Auriaco Egmondano & ſociis conſentiat, quod ejus nomine cum fœderatis tractarent. Ad Vigeſimum Tertium Auguſti Sexageſimi Sexti ſupra milleſimum quingenteſimum in has itaque leges cum fœderatis nobilibus conventum eſt! *Obmuteſcet imprimis inquiſitio, cujus horror tot querelas provocat, nova edicta pro tutandâ Catholicâ religione loco veterum ſubſtituentur, verum num ex Regis an ordinum ſententiâ id futurum ſit cum ſua Majeſtas mentem ſuam nondum aperuerit, in occulto eſſe, quod ſecuritatis cautelam concernit cum poſtremis ex Hiſpaniâ codicillis ex authoritate ſit munita, non detrectat Gubernatrix cautionem emittere nulli neque fœdus, neque libellum neque ea quæ innexa culpæ damnoque futura, modo ſolemni juramento reciprocam fidem obſtringerent, ſe nihil attentaturos quod majeſtati regiæ, quod ſtatui publico, quod Provinciis aut ſubditis adverſaretur, arma & conſilia communicarent ut turbæ diſſiparentur ut ceſſarent, templorum monaſteriorumque vaſtationes, & abominandi ſacrilegii authores ſua vindictâ perirent, ne vis Eccleſiaſticis & juſtitiæ miniſtris inferretur, arma reconderentur, conciones, ubi inſolitæ non promoverentur, ubi habitæ inermes ſine turbis & ſcandalo fierent, externi & præſertim ſeditioſi exturbarentur & ut hi deniq; quos ſæculi novitas infecit, patienter leges ferrent, quas rex eſſet decreturus.*

Formulam autem ſecuritatis eum in modum concipi juſſit *nobilibus fœderatis neque pactum neque libellus, neque quid aliud circa ea dictum factumve a rege aut gubernatrice imputabitur* fœderati conditionem amplexi vigeſimo quinto Auguſti ſuo & ſuo-

rum principalium nomine jurato repromittunt *ſe ſupra nominata conventa cuſtodituros in eumque qui contravenerit vi acturos, ideoque fœderi, quamdiu promiſſa ſervarentur, renunciare.*

Hæc prima eſt pactio, quam novatores conſpirante nobilium, conſiſtorialium, & plebis perduellione, à fœmina, ope & conſilio dſtitutâ invitis legibus extorſerunt, & tamen hiſce contenta non ſubſtitit hæreticorum perfidia nam extemplo pluribus in locis confœderatorum operâ conciones ex agris in civitates, ex æde unâ in plura templa & monaſteria diffuſæ fuerunt, multaque in Catholicos ſcelera perpetrarunt, ita, ut præcitatus Calvinianus author (a) dicere non erubuerit *quid ulterius impuliſſet Romanenſes nobiles ad continuandam belli animorumque ſocietatem cum ejuſmodi hominum genere qui ſub extraneæ dominationis excutiendæ & inquiſitionis infringendæ ſpecie ſuis ſociis, & amicis æternam in exſtirpandâ Romanâ religione ſervitutem imponebant.* Itaque multi ad regis eliciendam clementiam per procerum potrocinia ſeſe adornant, Principis nomen ipſis etiam Barbaris verendum, majorum in aſſerenda religione paſſim occurrentia teſtimonia Geuſiorum ſcurrilis vilitas, & ſectæ indoles ad miſcendas diſcordias enata, multos ſuæ menti, patriæ, & religioni reſtituit, illi tamen, qui ſpe veniæ excluſi perſtabant, Antwerpiam convolant, fervent ibidem conciliabula, ac, poſt multas deliberationes in hanc ſententiam ad Gubernatricem ſcribunt. *quod contra placita religionis admiſſa exercitia tolleret, publicam pacem pertur-*

(a) *Hooft d. Hiſt. Lib.* 3.

perturbaret, miniſtros fugaret, denique quod nullo belli ſtrepitu impendente ſignis inſcriptum militem numeraret, nihil exinde proventurum, quam communem patriæ everſionem, ſecurius facturam ſi dimiſſo milite ſanctitatem fœderis excolere, quam contra jus gentium eam violare intenderet.

Ad hæc reſpondet gubernatrix *ſcire omnes qui conventionibus inter ipſam & confœderatos interfuere, quâ vi, quibus motibus ad conciones tolerandas adacta foret, ſe illas modò juxta fœderis leges peragerentur, nondum diſſipaturum, nunquam tamen ei in mentem ſucceſſiſſe indulgere alia interdicta religionis exercitia. Interim, quod illis, qui tam tragicè de ſe quererentur ſine dubio conſcientia dictaret, quam multa, quam varia, præter conventiones, impiè & flagitioſe perpetraſſent, templa direpta, civitates rebellionibus concuſſas, fœdera cum hoſtibus in patriæ excidium cuſa & inſtitutos privatis auſpiciis delectus illorum verecundiam, ſi quam habent, onerare.*

SECTIO VIII.

AUriacus Princeps ad XXVI. Auguſti Anno Sexageſimo Sexto ſupra ſeſquimilleſimum Antwerpiam ingreditur, ſtatum urbis ad norman pactionum cum fœderatis initorum compoſiturus, verum extemplo Calvinianorum miniſtrorum perſuaſionibus inductus eorundem fines egreditur, concioneſque ex locis, ubi utcunque permiſſæ, in auguſtiora urbis cœmiteria transfert, ac indulgentiam nova conſtruendi

templa

templa facere non veretur. Ulterius porro inter Catholicos & novatores medio juramento ſtipulatum: *Ut nemo Religionis Catholicæ exercitia inquietaret, intra limites & una hora conciones dicerentur, idque diebus dominicis & feſtis, cæteri nefaſti forent, ſi ſeptimana nullo feſto inſigniretur, tum etiam Mercurii diem eligerent, in ſingulis regionibus duo duntaxat miniſtri admitterentur, idque belgæ vel Capitatis Civitatis municipes, qui fidem darent, ſe in Principis ac Magiſtratus poteſtate futuros, conciones cum telo illicito non adirentur, teli tamen illiciti nomine neque gladius neque pugio intelligeretur, cujuſcunque religionis miniſtri ab injuriis & calumniis linguam temperarent, doctrinæ tamen aſſerendæ aut morum inſtruendorum argumenta promere integrum foret, electiones miniſtrorum, diaconorum, & ſeniorum non niſi præſente Magiſtratus commiſſario peragerentur, qui Principi de actitatis rationem redderet, ſi vis aut metus inferretur indiſcriminatim ad propulſandum concurrerent, quominus jura adverſus iconomachos exercerentur nemo obſiſteret, Pſalmos concinere niſi intra ſepta, & palam non liceret, hæc firma haberentur, donec ex generalium ordinum ſuffragiis aliter ſtatueretur,*

Ejuſmodi conventiones nulla ratione Parmenſi probari poterant, quapropter Hoochſtratanum meliori fiducia Antwerpiam delegat, (jam enim Auriacus in Hollandiam ſecedere cogitabat) vix eò ille appellit, vix mandata enunciat, cum iterum exardet perjura ſæviendi libido in Calvinianorum animis, primo impetu Baſilicæ turris faſtigium & exinde curiam

curiam invadere conantur, verum & ſpe & loco dejecti in templa & reſtaurata altaria effundunt rabiem, ejuſmodi flagitium deſignato authore & adjutoribus non incognitis perpetratum, omnem purgandi cauſam perimebat, præſentiunt itaque Geuſiorum conſiſtorialium præcipui, quod artium cuniculi, quibus hactenus perfidiam occultarunt, proderentur, quare Hoochſtratanum hac oratione aggrediuntur: *Non duximus neceſſe heſternum facinus excuſando à noſtris conſcientiis avertere, ad religionem enim, quam profitemur, vindicandam non indigemus ſceleribus; fides eſt donum Dei, quam nulla vis unquam hominibus perſuaſerit, proinde ſi publicæ ſaluti conſultum velis promiſcuam libertatem indulge civibus uni Principi, uni Magiſtratui obnoxiis.* Hoochſtratanus cum Auriaco, qui nondum abiverat, blandis verbis eos demulcet, verum, nec blanditiis, nec fidei datæ mentione eorum procacia exarmabatur, Paulo, enim poſt, dum Catholici contra Geuſios circa Ooſterveliam in conſpectu urbis adverſa acie concurrunt, victoriaque ad Catholicos inclinat, diris ululatibus cuncta permiſcent raptiſque paſſim armis ſuarum centuriarum præfectis (hanc enim poteſtatem in magis idoneos per tribus diſpenſaverant) applicantur, &, ad portam quæ Ooſterveliam ducit, feruntur; ſeditioni non deerat conſiſtorialium flagitioſiſſimus Præco Hermannus Struycker, qui, ore, oculis, vultu, geſtibus fulminabat, ne extremum fratrum diſcrimen vacui aſpicerent, deficientium anhelitus, & laborantium pro publicâ ſalute ſuſpicia eorum dextras ciere, non irent ſed ruerent,

ſed

ſed præcipites trans mœnia & propugnacula volitarent, aſt tanta vi non pollebant hæc incantamenta, & quoniam porta clauſa erat, & incaſſum vectibus & ferro tentabatur, diverſis regionibus ad forum Merium abripiuntur, pars in Hoochſtratanum incidit, cui, niſi claves traderet, extrema minitantur, pars auriaco diverſis contumeliis inſultat, traduntur tandem Hormanno claves, portaque reſeratâ, quo dato exitu erumpunt proximi, aſt Auriacus ſeſe denſioribus globis inſerit, eos qui proximè acceſſerant, incuſans. *Quo ſic ruerent inutilia bello pondera, irent veteranorum ludibrio debitæ victimæ, irent nunquam redituri*, tam atroci facundiâ pœne examines ſenſim retardantur, & ſigna in forum Merium transferunt, nox ſuperveniens inter mortis dereptionumque ac vaſtationum imagines a Catholicis exigitur, ſæpius fremitus (frequenter clamores, *vivant Geuſii exeant Papicolæ inſonant*, ad templa, quoque, potentiorumque ædes diſcurſum, & aliquorum ſupellectili illuſum) carcerum effracta clauſtra, & ſontes erepti, urbem ab hoſtibus inſeſſam crederes, non deficiebat Orangicus Limphatos ad memoriam fœderum, regis obedientiam, Auguſtiſſima conſiſtorialium promiſſa revocare, at, miniſtris immodicâ cupiditate flagrantibus, omnes leges, fœdera, juramenta elapſa erant, igitur armis arma compeſcenda ratus, Domi ſuæ ſenatum & tribunos plebis contrahit ſi pacem amarent, bellum oſtentandum ſuadet, turbulentos Calvinianorum ſpiritus non aliter rabiem poſituros, arma itaque expediuntur, Lutherani ad Catholicorum partes, operâ

præcipue

præcipuè Flacci Illirici concedunt diverſo verborum delectu Principis & Magiſtratuum benevolentiam hac occaſione Aucupantes, *quod eorum religio, & genius ad quietem reſpirans regnantibus non adverſaretur, ſe juxta Catholicos Calvinianis male cupere, ut pote quorum factio civilium impatiens, quacunque via cum aliorum interitu ſeſe ad imperium protudebat* poſtridie igitur Lutherani cum telis & Miniſtris adſunt, triſte ſpectaculum videbatur editura civitas, & ſub mutuis ictibus peritura, antequam tamen ferale claſſicum intonaret, mittit Princeps denunciatum Calvinianorum præſidibus, *ſi non flecterentur, ſe promiſcuâ cæde graſſaturum*, veniunt igitur delegati ingentem pavorem circum ferentes, adſunt una Miniſtri, tamquam concordiæ arbitri, quam Paulo ante nimiâ ferociâ excuſſerant, conſenſumque in conditiones quas pridie rejecerant. *Pacta menſis Septembris rata ſunto, fidem regi Magiſtratibuſque præſtanto, Externi Milites non admittuntor &c.*

Aſt & hæc pacta flocci fecerunt Conſiſtoriales, Paulo enim poſt Hoochſtratano, & conditionibus, (non permittentibus ut alienigena ſine gubernatoris authoritate in Cathedram ſuccederet,) refractarii Antonium Coranum Apoſtatam Hiſpanum Walonico prædicandi munere dotarunt, pluraque perpetrarunt de quibus inferius.

In Flandriâ auſpiciis Egmontii religio reſtauratur excepto Tornaco & valencenis, quæ numero & contumaciâ hæreticorum validæ præfectorum vires hactenus deſpexerant, Tornacenſium ferocia eo uſque inſaniit,

ſaniit, ut urbana templa ſpoliaſſe non contenti, in vicinas Catholicorum arces irruerent, clericos & Paſtores obtruncarent, virgines ſacras conſtuprarent, & tamquam ex hoſtico prædas convectarent, variis denique inſidiis Inſulanæ Civitatis pacem, quam ad huc integram tuebantur boni, ſubvertere contenderent, ſed cum eorum machinationes non tantum proderentur, verum Geuſii, qui inſulis ad agrarias conciones proçedebant, puerorum & Fœminarum cachinnis ſuſpenderentur, conqueruntur acerbè Tornacenſia conſiſtoria, de injuriis, quas eorum fratres ulteriori patientià concoquere non poterant. Reſpondet ad hoc inſulanus Magiſtratus ſe neſcire quos fratres commemorent, niſi eos titulo Fratrum dignarentur, quibus Catholicam religionem proculcare ludus, Nobilium prætoriis incendia miſcere, decus ſacerdotibus & virginibus ſtupra, cruciatus, & mortem inferre voluptas erat, qui nuper privatarum rerum inſtrumenta, quia ad Catholicos ſpectabant more luporum dilaniarunt, famulos obvoluto capite in cloacas demerſerunt, aut è pedibus ſuſpenderunt, qui decrepitæ mulieri in ſedem cacatoriam compactæ flammas ſubjecerunt horum eos potius debere meminiſſe, quam cum Inſulanis expoſtulare. Valencenenſibus Gubernatrix imperaverat ut Noircarmio præfecto præſidium inducenti obſequerentur, Civium nobiliſſimi noverant res ſuas non tam firmo loco eſſe, ut juſſa impune aſpernari poſſent, quapropter ad obſequium inclinabant, ſed quoniam multitudinis aſſenſus deſiderabatur, in ſuffragia itum eſt, illius calculi imperata

reſpuunt,

reſpuunt : inſtat, monet, obſecrat Noircarmius ne injuriam pactionibus cum fœderatis concluſis illatam vellent, redderent Catholicis templa, &, ſemel in ſeptimanâ extra urbis pomœria concionatum irent, aſt hæ conditiones non arridebant miniſtellis, a quorum ſeditiosâ & venali linguâ, plebecula (ut plurimum in populari regimine) dependebat, inculcabant illi ex ſuggeſtu Jeroſolymitanam & Bethulianam Iſraëlis redemptionem, & aliis verbi divini Hiſtoriis proterviæ ſuæ velificabantur, (*a*) altum ingemiſcunt boni, ambire infimæ fœcis hominum tuguria, lamentari, rogare non deſinunt, ut miſererentur liberorum, parentum, matrum, uxorum, &, civitatis alias perituræ paucorum veſaniâ, ne tantum concederent miniſtrorum præſtigiis, ut in eorum gratiam ſeſe in proximum exitium obſtinarent. aſt prævaluere in tantum miniſtrorum incantationes ut civitas regi perduellis declarata ad diram neceſſitatem coarctata fuerit.

SECTIO IX.

IN Hollandiâ Catholici & Sectarii in præcipuis civitatibus unanimi conſenſu in leges, confœderatis nobilibus præſcriptas juraverant, ideoque conciones ex agris ubi hactenus latuerant ad urbium delubra transferre omnino nefas erat, &, tam unius, quam, alterius religionis aſſeclæ obſtringebantur ad omnem vim propulſandam, quâ Catholicæ religionis functiones impediri, aut interverti poſſent, Amſterodami tamen

(a) *Hooft lib. d. 3. in fin.*

eâ valuit efficaciâ perjura Geuſiorum factio, ut ſolemni tractatu vigeſimo ſexto Auguſti Anno ſexageſimo ſexto ſupra ſeſqui milleſimum inito, promiſſum ſit (a) *ut divorum ſtatuæ tam majoribus quam minoribus Eccleſiis adimerentur, eædemque occluſæ permanerent, donec aliter Gubernatrici videretur, Parochi extremum ægris viaticum per plateas portarent, ſed ſine cymbalis & cæremoniis*, articulo, tertio. Sectariis injunctum, *ut conciones extra civitatem inſtituerent, ubi nemo illas turbaret, tempore hyemis aut tempeſtatis Noſocomii templo uterentur*, Catholicis Sacrorum uſus præripitur, Calvinianis permittitur, & tamen hi tot tumultubus templorumque direptionibus tamdiu conſules & Magiſtratus excruciarunt, ut novâ iterum tranſactione opus fuerit videlicet *qui Catholicæ religionis officiis manus aut vim injecerit morte crimen expiet, ad conciones frequentandas Franciſcanorum eccleſia pateat, cadavera eò quoque inferantur*, reliqua capita cum Antwerpianis fœderibus adæquabantur, quæ ultimo Septembris, ſolemni publicatione promulgata ſunt, decimo tertio Octobris ſequentis Delphenſibus incolis Auriaci nomine mandatur, *ut Catholicorum Eccleſias & aras inviolatas conſervarent, ut Calviniani concioniſtæ nullis ſacratis locis populum colligerent, ſed extra urbem miniſteriis litarent ſine armis & telis, nec unius vel alterius profeſſionis ſocii Magiſtratui ſubtrahent reos, qui impoſterum in templa cœnobia aut alia ædificia vim intulerint. horum articulorum obſervantiam miniſtri è Cathedris populo recommendent, ac in* eam

(a) *Petrus Bor bellorum Belg. lib. 2. ad annum 1566.*

m juramento fidem ſuam oppignorent. Lugduni Bavorum conſimiles eodem pœne tempore emittuntur, ſi quod additum, *ne hæretici ludos litterarios aperi-ent.* Quibus furiis Ultrajectini Geuſiii in Catholicorum templorum poſſeſſionem involarint, ex parte narratum eſt, Provinciæ ordines & Magiſtratus ulterius veriti ne eorum immanitas eo uſque progrederetur ut reliqua ſacraria demolirentur (ita inquit prædictus Bor) (a) cum Jacobo Coſijns & Theodoro Catero Calvinianis vigeſimo ſeptimo Auguſti conveniunt. *imprimis una pars alteri generalem amneſtiam largitur, nec templorum urbanorum, aut, ruralium, juſſu dicti Coſini, & Cateri violatorum ruinam exprobrabit, nulli impoſterum licitum altaria, ſtatuas aut alios ornatus confringere, Templum divi Jacobi dicto Coſino & Catero ad peragenda ſua ſacra tribuitur, ſi tamen populum non capiat, unum deſuper adjungetur, Eccleſiæ divæ Mariæ civilis, Franciſcanorum & prædicatorum clauſæ vacabunt & cætera.* Verum cum tam pudendum fœdus Gubernatricis diplomate ſexto ſequentis Septembris reſciſſum ſit, videamus potius quid Auriacus in Hollandia peregerit. Schonhoviam Patriæ comitia indicta ſunt, eo diverſis ex urbibus nuncia emanant, quomodo Geuſiorum pertinacia pacificationi, cum fœderatâ nobilitate initæ, cervices ſubjicere detrectabat. Gubernatrix Principi commendaverat, ut Ultrajectum & Amſterodamum urbes ſuæ præfecturæ Principes ante omnia in obſequio contineret, nam ſi illarum fides & ſecuritas illibata perſiſteret, hoc exemplo

 alias

(a) *ad annum. 1566. fol. 71. lib. 2.*

alias confirmatum iri, & reliquas nihil auſuras, Amſterodamenſes Geuſios frequentibus litteris admonet ut Franciſcanorum cœnobium dimitterent, præfata pacta communi tranſquillitati, & fœderi obniti, & regis juſtum in ſe ſtomachum provocare; Ultrajectinos vero (qui interim ob reſciſſionem ſuperioris tractatus ad ſeditiones & arma rurſus reſpectabant) præſentiâ ſuâ pacare laborat, quo cum adveniſſet decimo nono Octobris anno ſexageſimo ſexto ſupra ſeſquimilleſimum, poſt auditas diſcuſſaſque utriuſque partis querelas hac ſequenti concordiâ inimicos in mutuam gratiam reconciliare conatur: *Illi qui novæ religioni ſeſe dediderunt nec vi nec aliâ ratione aliqua templa, monaſteria, xenodochia, aut alia ſacrata loca occupabunt, nullis quoq; ædibus aut granariis ad celebrandas conciones aut convocationes abutentur, contenti ſuburbanis locis ejuſmodi ſervitiis deſtinatis, cunctis interdictum ſit Miſſæ Sacrificium, prædicationes & alia Catholicæ pietatis exercitia tam in urbe quam ruri moleſtare, convitiis inſectari, aut illudere; Concionatores belgæ ſint & nullâ deportationis ſententia ſtigmatici, jurentque fidelitatem & obedientiam ſuæ Excellentiæ, ejus præfecto, & civitatis conſulibus, alii novellæ religionis conſortes ſeſe obſequentes regiæ Majeſtati, & urbis regimini gerant, quoniam eorum conciones (antequam cum confœderatis contraheretur) frequentari cœptæ, continuabunt eodem loco, modo ſine armis adeantur, & cætera.* Verum ultimus hic articulus, dum Princeps adhuc aderat, à Geuſiis contemptui habitus fuit, ita enim teſtatur Hoofftius (*a*) Reformati

(a) *Belgicâ Hiſtoriâ lib.* 3.

ormati cum aliquid erga ſe ſtudii in Auriaco deprehendunt, adverſus Magiſtratus juſſa ante divæ Catharinæ portam conglomerantur, donec a prætore diſſiparentur.

In Reliquis pleriſque civitatibus Brabantiæ Flandriæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Friſiæ, Geldriæ & aliarum Belgii Provinciarum intercedentibus præfectis, præſidibus, Magiſtratibus, aut curiis, generaliter novatoribus conciones illis in locis indultæ ſunt, quibus vigeſimâ tertiâ Auguſti viguerant idque tantummodo ad Regis nutum & donec aliter decerneretur. verum hæretici quos, nulla tranſactionum cura tangebat, juxta conciones cœterorum quoque miniſteriorum, veluti Baptiſmatis, matrimonii, & ſepulturæ liberum faciunt commercium, præterquam quod omnibus Catholicorum Eccleſiis nondum faceſſerent, ac novas Synogogas in urbibus exſtruerent; hinc parmenſis multa in Senatu conqueritur, palam tamen ſeſe non opponit, donec bonorum ſeſe a ſubitâ tempeſtate recipientium conſpirante conſtantiâ novos militum delectus, habere poſſet; hiſce contra hæreticorum machinationes, qui jam clauculariis cœtibus, pécuniam, arma, milites cogebant, imperium obfirmat, ad civitates circulares nuncios delegat, quibus comparandorum telorum licentia cohibetur, peregrini myſtæ cum concionibus ex locis, ubi per conventa illicitæ preſcribuntur; ac denique vigeſimo quinto Decembris Provinciarum Gubernatores & conſiliarios adhortatur. *Vigilarent in regis & Religionis cauſam, ne quid ultra pacta uſurparent hæretici. Noſſe ſe præter conciones, quibus intereſſe utcunque*

 licitum,

licitum, eos neſcio, quæ conſiſtoria agitare, & apertis gymnaſiis juventutem nefariis doctrinis inficere, matrimonium, ſepulturam, Baptiſmum profano ritu accipere, libros damnatos evulgare & religionem infamibus picturis & contumeliis proſtituere, ſolemnibus quoque verborum ambagibus in ſuis cœnis profiteri ſe nuncium fidei Catholicæ ex animo dimiſiſſe, nec unquam cum eâ in gratiam redituros. Hæc quamvis ſtolidam impietatem proderent aliquos tamen exiſtimare quod concionum conniventiâ tam execranda comprehenderentur, ſe igitur, ne ejuſmodi errores altius proſerperent, regis nomine imperare, ut quoſcunque comperiſſent hæreticum quid præter conciones ſibi arrogare, in illos tamquam Majeſtatis reos & pacis publicæ turbatores animadverterent, hiſce præfecturam Margaretæ parmenſis terminabimus, tranſmittentes Hiſtoricis narrationem eorum, quæ Calvinianorum cauſam non concernunt: nobis ſufficit quod exhibuimus, qua generatione prodierit Geuſiorum Belgica Reformatio; de eâdem Arminianorum Hæreticorum Hiſtoria Eccleſiaſtica ita diſſerit (*a*) *hactenus Belgicæ Reformationis initia vidimus, circa quam tria ſunt quæ ſingularem exigunt conſiderationem, primum quod hæc Reformatio aliis inſtitutis cœperit quam in pleriſque ſtatibus, imperiis, & rebuſpublicis in Germaniâ, Angliâ, Scotiâ, Daniâ, Suecia, Helvetiâ & Genevenſi patriâ in quibus Romanenſium dogmata cultus & cæremoniæ generali decreto abolita, & publica authoritate ea, quæ ſibi quilibet conducere*

(a) *Conſcripta a Johanne Vytenbogaert ejus ſectæ Miniſtro part. 3. fol. 16. verſu Wy hebben.*

n ducere cenſebat, ſubrogata ſunt, idque habitâ cau-
cognitione & inſtauratâ Eccleſiaſtici regiminis pote-
ate ita res in Belgio non proceſſit; cuncta enim (præſer-
im quoad publicas functiones) a privato prædicanti-
um & multitudinis œſtro ortum habent, non ſine con-
fuſione & turbis quibus aliqui intermiſcebant ejuſmodi
negotia, quæ plane religionem non redolebant, & hoc
adverſantibus non tantum ſupremis ſed etiam inferiori-
bus Magiſtratibus,

Libri Primi Finis.

LIBER II.

SECTIO I.

AD Albani ducis præfecturam perduci-mur, ejus ingreſſus & auſpicia multis de cauſis ingrata, & illuſtri nobilium ſangui-ne fuêre luctuoſa, Catholicorumque pa-riter ac ſectariorum pectora, pietate & indignatione contra Hiſpanum nomen armarunt, ita ut totus rei-publicæ ſtatus iterum verteretur (*a*) *Romanenſes enim quorum animos inſolentia reformatorum tem-pla & ſacras imagines proturbantium exulcerave-rat, ideoque in partes Gubernatricis conceſſerant, novo anhelitu ad adverſantium ſubſidium, & prætioſæ liber-tatis odorem reſpirant*, alii quibus conſcientia ſaucia, aut regimen ſuſpectum fugam circumſpiciunt, quo-rum multi dum bilem, quam contra Hiſpanos con-

C 4 geſſerant

(a) *Reformatæ religionis aſſecla Theodorus van Bleyſ-wijck in deſcriptione Urbis Delphenſis fol.* 434.

geſſerant, effundere nequeunt, ſylvarum latibulis tecti, in Monachos, & ſacerdotes prorumpunt, unde Sylveſtrium Geuſiorum nomen devenit. Auriacus in Germaniâ ære, & ope amicorum exercitum conſcribebat, variaſque Belli cauſas, quod ſuſceperat, congeſſit, nec amplius premendum judicavit quod genuina Evangelicæ (ſcilicet) veritatis Luce perfuſus ſe à Latinis Sacris ad tutiora receperat. (*a*)

Hæ tandem copiæ diverſo itinere ſeſe in Provincias inſinuarunt, jamque Thenas occupaverant, in gallias ulterius penetraturæ, verum ad nuncium quod Hugonotarum rebellio ibidem nondum illis viribus maturuerat, ut Geuſiis ſubſidio eſſe poſſent, mutatâ ſententiâ, & ſemitâ, Moſam inter Stokenium & Maſeicum tranſmittunt. Huc uſque bellum ſine Catholicorum injuriâ circumducebat, aſt laxatis ſenſim militaris diſciplinæ frenis prodidit brevi ingenium hæreſis ſæviendi, vix enim quoddam oppidulum ingrediuntur quin ſacris ædibus vaſtitatem inferunt. Uno à Tongrenſi urbe lapide poſt diſcerptas imagines, calceamenta ſacro oleo perlita; & divinum Salvatoris noſtri corpus protritum, aut, illuſum, ſacerdotes & parochos auribus, oculis naſo & aliis membris mulctarunt. Trudonopoli furor jam inſtrumenta & mille torturarum genera in miſeros adornabat, ſed aliquorum clementia eos ſalvos voluit, in Geldonico pago Eccleſia cum cœnobio Heyleshemano repetitâ barbarie diripitur. Nec ſcœnæ interim ſuæ defuit Geuſiorum immaniſſimus Lumæus, clauſtrum enim ſacrarum

virginum

(a) *Hugo Grotius annal. Lib.* 2.

virginum uno ab Hoyo lapide flammis, & Flonenſe Monaſterium militum libidini tradidit, ſacerdotem quoque, quem è navi miles captivum abduxerat, caudæ equinæ alligatum per æqua & iniqua ſtratarum raptari juſſit: Interim Orangiani omni rerum inopiâ premebantur, quare Princeps copias per Lotharingiam in Germaniam rapiens, eaſdem Sacramento ſolvere, & bellum aptiori opportunitati ſeponere conſtringitur. Albanus hoc metu defunctus, ne vacuus & enervis impoſterum laceſſeretur, decimo Calendas Maji ann. ſexageſimo nono ſupra ſeſquimilleſimum penſitationem centeſimi vigeſimi, & decimi nummi imperat, reclamant ordines, quod tam moleſtum onus vix obductas reipublicæ cicatrices refricaret, quod experientia poſtmodum probavit, dum enim edictum Bruxellis publicatur, conjunctis uſque adeo animis repugnatum eſt, ut clauſis inſtitutorum officinis toto eo die ab opere ceſſatum ſit, Albanus non ferens ſe in regia urbe ſperni, iræ præceps illa ipſa nocte aliquot ex pervicaciſſimis ſuſpendio damnaverat, jam miles in armis, jam lictor cum laqueo paratus, cum nuncius de captâ per maritimos Geuſios Brilâ funeſtum apparatum diſturbat, & Albani conceptiones alio deflectit. Hæc prima civitas eſt quâ Geuſii primo Aprilis anno ſeptuageſimo ſecundo ſupra ſeſquimilleſimum potiti ſunt, poſtridie ut palam facerent ſe Geuſicam perfidiam advexiſſe, neglectis promiſſis, templa, &, monaſteria fœdâ iconomachiâ conſpurcant, ne tamen crudelitatis fama vicinorum animos abalienaret, Nomine Orangii extemplo edictum publicatur, qùo

civitatibus, quæ ejus præfecturam impoſterum agno-ſcerent, Catholicorum rituum, clericalium perſonarum, & cenſuum protectio & defenſio promittitur, utque, tam viris quam fœminis integra maneret facultas Eccleſiaſticis muniis & profeſſionibus perfruendi, novam autem religionem exercentibus certa duntaxat oratoria aſſignarentur, nec ulla Catholicorum delubra aut cœnobia rumperentur vel dejicerentur, Sonoio quoque Bellico pro Principe per Borealem Hollandiam procuratori articulo ſecundo ſuæ inſtructionis injunctum, ut quam primum oppidum aliquod ab hoſte expugnaſſet rogantibus permitteret Reformatæ religionis Miniſteria, ſine injuria tamen & damno Romanæ Eccleſiæ ejuſque aſſeclarum.

Hiſce fere legibus, Encuſa, Horna, Medioblecum, & Alcmaria ad Geuſios defecêre, aſt vix tribus elapſis menſibus decernitur contra Catholicos flagrantiſſima perſecutio. Hornæ expoſtulant Geuſii a Magiſtratu ſummum templum, monentur quod nefas ſit pacta reſcindere ſine cauſa, præſertim cum libertas illis pateret frequentandi conciones in fano divæ Mariæ, verum dum deliberando occupatur Magiſtratus, irrumpit in conſeſſum nefariorum aliquis, & conſenſum per vim & metum excruciat, mox itaque diripitur opulentiſſima divini numinis ſedes, omnique decore exuitur, nudatam ingrediuntur, altumque ſuſpirant Catholicorum civium aliqui, id Geuſicæ injuſtitiæ abundè ſufficit, ad opprimendos honeſtiſſimos patriæque amantiſſimos homines, qui ſine formâ, ſine regulâ, ſine jure à Patrum, Matrum, uxorum & libe-

rorum

rorum amplexibus & conſuetudine avelluntur & in exilium præcipitantur, Eccleſiaſticos mortis tormentorumque præſenti imagine concutiunt ut Patria ſacra ejurarent, eaque pro ſuperſtitioſis abjicerent, aſt omnes, exceptis duobus, ſibi, Deo, &, votis ſuis conſtitêre.

SECTIO II.

DOrdracena Civitas eodem pœne tempore æquiſſimo pro clero, & ejus patrimonio fœdere ſeſe Au... partibus credidit, non ſibi ſolum, ſed, &, Auſtralis ...llandiæ tractui ſtipulata. *Vt utriuſque ſexus regu...ribus ſuis officiis & Eccleſiæ ſervitiis vacare integrum ...rmiſſumque foret, nulla templa aut ſacraria eorum...ue ſortes reditus, &, ſubſtantiæ damno involverentur,* ...elphis Principis Auriaci poſtmodum ſede & domici... nono Decembris dicto anno ſeptuageſimo ſecundo. *...is, qui Catholicorum cæremoniis (ita verba ſonant) ...ueverunt a clementiſſimo Principe Auriaco Hollan... Zelandiæ & Ultrajectino Gubernatore ad peragen... ſacra traduntur vetus, & Sancti Georgii valetudi...rium, in quibus ab horâ octavâ uſque duodecimam ...illis, tantummodo qui civium albo inſerti ſunt, ...nes Romanæ religionis functiones frequentabuntur, ...plicationes tamen publicæ per Plateas conquieſcent, ...nes Sacerdotes & monachi qui non niſi ab uno menſe ...te Paſchatis feſtum hic ſubſiſtunt excedere iubentur ...ſiderata tamen prius perſonarum qualitate & indole, ...aliquæ ſub approbatione ſuæ Excellentiæ maneant.*

Dominus

Dominus de Swieten nomine Principis Goudam & Aquas veteres, alii vero Lugdunum Batavorum & aliqua loca in deditionem præſidiumque acceperunt ſalvâ ſemper Catholicâ religione ejus ſacerdotibus & proventibus. Verum brevi hiſce expulſis, & Romanis aris juramentiſque conculcatis religio cum clericis relegatur, ſi quiſpiam vero has furias de icto fœdere interpellaret, proditor, hoſtis patriæ, Papanus audiebat.

Harlemiticus clerus rei ſuæ honeſtâ quoque ſponſione proſpexerat, *ut nempe eorum perſonæ, & patrimonia ab omni violatione immunia haberentur, nec ulli, niſi juris ordine anxiè cuſtodito, noxa eveniret, ita ut Eccleſiaſtici ab omni incommodo ſepoſiti ſua aſceteria colerent.* Sed fruſtranea fuit hæc ſtipulatio, cum enim ſequenti anno ſeptuageſimo tertio Fredericus Toletanus urbem circumvallaret, incurrit primo impetu hæreticum vulgus cum ſuis prædicantibus in majorem Eccleſiam, everſiſque divorum ſtatuis, earum ruinæ Reformatorum ritus ſuperinducit. Longius autem procedente obſidione Catholici paſſim ad patibula & cruces conquiruntur, ac quoties obſeſſi cladem ſufferrent, recidebat ultio in miſeros Catholicos; ſupra vallum unde ad regia caſtra proſpectus, cataſtam erigunt, ubi Lambertum Jacobſonium, & Quirinum Dirixſonium viros conſulares, nullius ſceleris compertos ſtrangulant, procedenti uni ad ſupplicium, adhærentem filiam proximum in lacum una cum aliâ adhuc fœminâ obruunt, hiſce conjungunt Adrianum Groenevenium, Franciſcum Jacobſonium ſacerdotem, & alium quindecim annorum adoleſcen-

[illegible]tulum, ita ut Catholici Toletanum per aliquos ex[illegible] deprecati ſint, *parceret de auriacis captivis in urbis [illegible]ia & luce ſupplicium ſumere, alioquin omnes Catho[illegible] qui magno numero erant, manifeſto vitæ diſcrimini* [illegible](*a*) variè quoque juſſu Lumæi & Sonoi Alcmariæ [illegible]um, ubi plurimi Franciſcanæ Familiæ clerici ipſo divi Johannis ſanguinem ſuo creatori immolarunt, [illegible]ſiæ cuſtos Engelbertus Terburgius ut ſacrum [illegible]ſaurum proderet flagellis, facibus, novaculis & [illegible]s diſcerpitur, verum ille alterius Laurentii robore [illegible], ne hiſcere quidem voluit. Gorcomienſium [illegible]yria mandato quoque Lumæi perpetrata recitare [illegible]ſedeo, Guilhelmi enim Eſtii monimentis clarent, [illegible]men prætere nequeo quod Calviniani ſcripto[illegible](*b*) ad annum ſeptuageſimum tertium ſpeciali curâ [illegible]ſteritatis ſtabilendâ memoriâ inſigniunt, videli[illegible]s Geuſios Buſirides aures, manus, pedes, & [illegible]da certatim adhuc ſpirantibus detraxiſſe, eiſ[illegible]ue pileos & Galeas exornaſſe, ut talibus teſſeris Geuſicæ factioni nunquam deſerendam aſſe[illegible]

SECTIO III.

[illegible]m hæc in Hollandiâ aguntur occupat Bergenſis [illegible]mes (qui Principis Auriaci ſororem in matri[illegible] habebat) viciuam ſibi Geldriam, Zutphani-cum

(*a*) *Haræi annales Brabantiæ ad annum* 1573. *ex Heutero qui eo tempore in Hollandia vixit.*
(*b*) *Meterius & Hooftius Belg. Hiſtor.*

cum comitatum Tranſyſulaniam, Friſiam, Trenthiam. Ante omnia inquit Slichtenhorſtius (*a*) *curæ erat in templa invadere, cuncta ab Eccleſiaſticis ædibus avellere, & reditus decimas & frumenta avehere, ita ut omnis Eccleſiaſtica turba ſolum vertere debuerit* &c. Paulo infra idem author, proſequitur *poſt aliquam impreſſionem in mœnia tradita fuit Campena civitas Bergenſi, verum, licet per deditionis leges Eccleſiaſticis omnis tutela & ſecuritas promiſſa foret, comes tamen litteras ad urbis ſenatum tranſmiſit imperantes ut templum S. Nicolai reſeraret, ac univerſum ſacrum Theſaurum ad ipſum deferri curaret, conſul Arnoldus Boekopius, & Conradus de Vecht id contra pacta exigi coarguentes ſeſe itineri Swollam accinxêre, verum interea Broeckhuyſius Comitis delegatus a cæteris ſenatoribus veniam expugnavit, & omnibus ornatibus tam civitatis quam pagorum Eccleſias exſpoliavit, ſublatis igitur idolis affectabant incolarum plurimi (qui tamen plerique non erant indigenæ) S. Nicolai templum in uſum purioris Doctrinæ, verum cum Senatus huic ſe petioni objiciens Catholicis idem reſervare contendit, atque ea de causâ comitem frequenti interpellatione ſollicitat, tandem reſpondit, Deo optimum & præcipuum pertinere.* Bergenſis quoque Geldriam egreſſus Amersfurto potitur, ubi præfectus juſſu comitis ſeſe, animamque jubentis diris devovet, ſi Catholicæ fidei, ſi templis, ſi Eccleſiaſticis convicium faceret (ut autem devotionis cæremoniis circumdaretur horror & reverentia) ſtabat

(a) *Calvinianus Scriptor in ſuis annalibus Geldricis lib.* 15. *verſu waer by ſich mede bevonden.*

[...]bat in editiorem ſuggeſtum erectus, cum verba [...]nunciaret, brevi tamem Catholica religio cum ſuis [...]toribus in exilium deportata eſt,

SECTIO IV.

HIſce fundamentis prodiit ex undis primum Batavicæ reipublicæ corpus, quod, cum adhuc in[...]me & exlex foret, convocavit Orangicus Urbano[...] Magiſtratuum delegatos Dordracum; ibidem [...] orator Dominus de Sancta Aldegonde effuſam de [...]cipis pio affectu, patriæ neceſſitate, Hiſpanorum [...]nide declamationem pronunciat, ac civitates novo [...] contra Regem, regis tamen nomine uſurpato illa[...]t, ac, denique in Julio anno ſeptuageſimo ſecundo [...]ne Principis & ordinum ſenatuſconſultum com[...]tur, *quod religio Romana libera vigeret & in locis [...]giſtratu deſignatis excoleretur, nec ullus vim aut [...] clericis compararet, qui contra rempublicam [...]iterentur, omnium tamen templorum Mona[...]um collegiorumque reditus cum ornamento potius [...] uſui ſint, occuparentur, & publico compendio [...]rent.* hoc ordinum conventu Marcano Comiti [...]no Lumaeo Auriaci per Hollandiam legato in [...]tis datur, *ut tam Catholicos cives quam clericos, [...] Evangelicos eorumque ſacra in tutelam recep[...] præſcriptiſque mulctis præverteret contumeliis [...]nis quibus pars una alteri minitaretur, nec [...], imo capitali eos ſententiâ contunderet qui[...]ue Catholicorum templa aut Sanctuaria diripi*[...]

endi

endi ſupereſſet audacia. Ultra hanc commiſſionem ei quoque attributa fuit inſtructio, cujus regula quarta in hunc modum Catholicis proſpicere videbatur, *quoniam Lumæi comitis commiſſioni inſertum eſt, ut Catholicos, & Eccleſiaſticos in ſuam protectionem aſſereret, ne quiſpiam illis ſub pœna capitis aliquâ vexatione concuteret. Idcirco id ipſum extendentes, denunciamus noſtram ferre intentionem ut comes talibus horis, locis, & ædibus ſacras functiones deſtinet quibus conſultiſſimum apparebit.* Imo eidem Legato regulâ ultimâ ſuæ inſtructionis imperabatur *ut omnes, qui novâ acceſſione ſubditorum numerum adaucturi eſſent, Sacramento obſtringeret recuſanteſque pro rebellibus recenſeret, puniretque, ſe contrariæ religionis conſortes nec injuriis nec moleſtiis turbaturos, aut conſpirationibus vel inſidiis invaſuros, ne alter alterum pacis, & religioſæ tranquillitatis ſecuritate defraudare præſumeret, aut aggrederetur.* Verum quam immani intervallo, ejuſmodi (ad rem Romanam ſuſtinendam) cautelæ inventioneſque ab ipsâ executione diductæ ſeparatæque fuerint, & quam vile & indifferens Geuſiis habitum, fidem dare vel rumpere, exinde liquet, quod huic comiti diuturno tempore impune fuerit Catholicorum libertatem vitam & ſubſtantiam inauditâ crudelitate opprimere. unde quidam cecinit eo tempore: *(a)*

Non Schyta, caucaſeas nec qui colit incola rupes
Effera gens tantum feritatis pectore geſtat
Quantum Calvini nuper finxere miniſtri.

Schoon-

(a) *Michael ab Iſſelt Hiſtoriâ ſui temporis ad annum* 1573.

Schoonhovienſes oppidani ſe ſuaque ei tradiderant ſalvis privilegiis, ſortunis, vita, Religione Catholica, & ejus miniſteriis, templis, & aris; verum ille, vix ingreſſus portas, quicquid Sanctum, religioſum, quicquid Sacrum occurrebat, militari licentiæ proſtituit; hic iterum (nec tacendum licet millies reiterandum) divinæ Majeſtatis adorandum corpus à perditiſſimis mortalibus ludibriis affectum protritumque perhibetur, ab hoc deinde ſacrilegio ad carnificinam furor tranſiliit, Theodoricum Goudanum Monaſterii in den Hem Canonicum, vulneribus conficiunt, alios clericos ex arbore ante Curiam ſuſpendunt, Caſparus Arnoldi caudæ equinæ alligatus Gaudam pertrahitur, ac denique ex navis antenna pendulus huc, atque illuc raptatus ſtrangulatur, aliis locis alia tormentorum genera reperta, Paſtor quidam ad debiles flammas circumagitur, Johannes a Rixtel & Adrianus Lamberti pice illiniuntur, plumis deinde immerſi, [illegible] per dumeta tamquam feræ exagitantur, donec ſpiritus deficeret. Nihil attinet de Cornelii Muſii terribili eculeo diſſerere, cum in omnium manibus hæc Hiſtoria verſetur, non diffitemur, quod hæc feritas, (quæ etiam beſtias pupugiſſet) Hollandiæ ordines impulerit ad comitem milite & cuſtodia cingendum, rationeſque exutæ humanitatis & tot ſcelerum depoſcendas, verum, idem audientium peccantiumque multitudo, ac commune odium damnatæ ſuperſtitionis (hæc erat Romana religio) eum facile abſolvit, non erubeſcebat (a) enim in ſui purgationem allegare,

D quod

(a) *Acta publica apud Borreum lib. 6.*

quod tot Catholicorum cœdibus divini nominis gloriam & amplitudinem ac æternam Provinciis benedictionem comparaverat, *prudentium enim & Deo devotorum hominum nemo (inquit) affirmaverit divini numinis honori conſuli, ubi idolorum ſervitus publicè proſtat, magiſtratibuſque ac ſubſelliis honoratur, ſi igitur Antichriſti Romani Doctrina veritate ſubſiſtat, adverſariam male amplectimur, ſin autem Evangelicorum (quos proteſtantes nominamus,) dogmata recta ſint, tolerando idololatricos ſuperiores vim illis infligimus, diutius enim orthodoxæ religionis ſubditos non ferent, quam dum illis poteſtas ſuccreverit eoſdem exſtinguendi, (& Paulo poſt) ecce hic juſtiſſimas rationes quibus cogimur ſanguinarios nebulones ideſt ſacerdotes Monachos, & omnes, qui hanc Latrocinantem turbam contingunt, trucidare, aut, ad minimum, his terris exterminare, eorumque ſpelæa, templa, & idola diruere & funditus delere, quomodo igitur permitti poſſet? ut quiſpiam capite puniretur, qui pio zelo illa comminuerit.* Convertit deinde ſeſe ad ſuos delatores, exprobrans illis: *dicite mihi belli homines, qui tot actionum accuſationumque machinas in me cuditis, quis obſecro ſacerdotes & monachos Dordraco, Harlemo, Vliſſingâ, Veriâ, tota Zelandiâ, Waterlandiâ, aliſque plurimis ſedibus expulit? vos ſcitis, quod ibidem non præſederim, nec juſſa mea emiſerim.* Non hic objiciat mihi aliquis quod comes Marcanus meritas Tyrannidis pœnas, ordinibus, qui ei cunctas dignitates abrogarunt, penderit, liquet enim ex Borrio, *(a)* hanc ei principali

(a) Lib. 6. fol. 311. *verſo.*

politer inuſtam infamiam, quod procaci linguâ ſuum Legatum Entium defendere, ac ipſos ordines perfidiæ & ingratitudinis traducere ſuſtinuiſſet non quod Catholicos vexaſſet.

SECTIO V.

AUriacus collectâ gravi pecuniâ ex Hollandiæ civitatibus, adhuc eodem anno ſeptuageſimo ſecundo, cum exercitu in Belgium revertitur. Ruremundana urbs dum commeatum ad primum nutum non ſubmiſiſſet diripitur. Horrendum auditu quam impiè ſævierit miles in clericos & Catholicos: Carthuſianorum cellulæ variis cœdibus inquinantur, omnium tamen peſſimè habitus Eccleſiæ ædilis, detractum enim à altitudine templi, dum aliqui incolumem ad caſtra perducere urgent, alii rapiunt, cœdunt, vulnerant, illude contumeliarum aggravant, omnia ferenti naſum & aures præſcindunt, mentum in crucis modum fodiunt, ac tandem tormentario globo impunè trajiciunt. Vicarius autem & Cœnobii prior libertatem ingenti lytro redimere obligantur. Verum interea Orangico Principi memoria recurrebat (verba ſunt Hoofftii) (a) promiſſorum, &, ſcopi, quo ſuſceptum bellum referebat, nihil itaque intentiori iterum ſollicitudine curatum, quam ut promiſcuam religionis libertatem ſinguli colerent, idcirco, cum ei in agro Ruremundano

(a) *Lib 5. ad annum 1572.*

ad huc hærenti multa de Marcani in Catholicos Barbarie denunciarentur, edictum in hanc ſententiam per civitates & loca ſuæ præfecturæ publicari & afligi juſſit: *Ad aures noſtras fama detulit, quod Militantium petulantia in Hollandicis Provinciis ad eum uſque gradum inſoleſcat, ut templa, cœnobia & privatorum ædes depopulentur, ac etiam agraria jumenta abigant ſub velamine quod eorum Domini vel abſint, vel ſacerdotalem qualitatem aut Romanam fidem profiteantur, quod plane noſtræ intentioni repugnat. Placet enim ut quilibet ſeu Romanæ, ſeu Evangelicæ profeſſionis, modo paci & tranquillitati ſtudeat, ad normam Sacramenti, quod ſubditi, regi & nobis præſtiterunt, inviolatus permaneat; quapropter omnibus præfectis & militibus ſub pœnâ capitis interdictum ſit, ne Clericis aut laicis nocivi exiſtant, volentes ut religionum immunitas tam Catholicis quam Evangelicis perennetur, quod ſi vero illarum exercitiis ullus impedimentum aut remoram injiciat, præfátâ luitione coërcebitur, invitamus quoque cujuſcunque ſortis Eccleſiaſticos & alios ad repetendam fortunarum, domiciliorumque poſſeſſionem, modo intra quatuordecim dierum ſpacium revertantur & noſtrarum partium ſe declaraverint non eſſe inimicos. Actum vigeſimo tertio Auguſti anno ſeptuageſimo ſecundo ſupra ſeſquimilleſimum.* Duobus poſtmodum diebus Princeps, dum exactiores regulas militari diſciplinæ novo ſtatuto ponit, iteratò jubet *ut omnes non Solum præfecti & milites, verum etiam ſcabini & Magiſtratus Sacramento fidem ſuam obſtringerent, ſe nullatenus egreſſuros limites edicti vigeſimo tertio Auguſti promulgati.*

Verum

Verum tot contractuum juramentorumque fides &
nunc memoria, non poſt ætatum ſeculorumque curri-
cula, longas hominum rerumque viciſſitudines aut
converſiones interiit, ſed proxime conſequens annus
ſeptuageſimus tertius cœpit, nec adhuc ceſſat hollan-
dis exhibere nihil ſanctum nihil religioſum illis eſſe,
qui abjectâ ſanctitate, & religione ſeſe ad opiniones
hominum (quos fallere, & falli poſſe ipſimet agno-
ſcunt) conformant: tum enim in pleriſque Hollan-
diæ urbibus religio exulare jubetur, hæreticis con-
cionibus & Marotianis carminibus locum faciens. De-
inde Catholici à reipublicæ & fori muneribus aut ar-
centur aut deturbantur, Princeps ipſe auriacus (*a*) ut
animi ægritudines, bellique improſperi fata ſerenâ
facie colorarct, die vigeſimo tertio Aprilis Calvinia-
næ Synagogæ Delphis permittit, ut ſuo in conſpectu
omnia loca ſacra profanaret, exſpoliaret, eiſdemque pro
arbitrio abuteretur. Ad domeſticam denique Ro-
manæ religionis procurationem vix connivetur, illa
enim interdicto, Lugduno Batavico, eodem anno à re-
publicâ excluditur. Adrianus Mylius (*b*) magnum Ba-
taviæ reipublicæ columen, de ea rerum tempeſtate
ingenue ita affatur: *Tum (nempe anno* 1573.) *initia
ſumpta ſunt illudendis pactis cum Romanenſibus San-
ctis, ipſoſque publicis Eccleſiis prohibendo, quod di-
verſis in urbibus peractum contra plurium prudentum
virorum ſententiam, quibus hæc confuſio nequaquam*
D 3 *arridere*

(*a*) *Annales* Haræi *Tom.* 3. *ad annum* 1573.
(*b*) *Epiſt. Select. edit. Lugd.Batav.* 1617. *fol.* 572.
& ſeqq.

arridere poterat præſertim cum res patriæ, hoſte limitibus adhuc noſtris incubante, in incerto fluctuarent. Quid enim Romanenſes ſibi poſt confectum commune negotium polliceri poterant cum ſpe adhuc dubiâ ad fidei violationem deſcenderetur? Juſtas mehercule conquerendi rationes illi habebant, qui eodem, quo Evangelici odio Albanum ejuſque Tyrannidem deteſtabantur; verum hoc facto evenit ut factionis Romanæ capita, quæ hactenus armis & conſiliis ſtrenuam operam communi cauſæ contra Albanum impenderant, in, &, extra Provincias compreſſis manibus & inter otia, exitum rerum præſtolarentur. Anno ſeptuageſimo quarto Medioburgenſibus pacem elargiri recuſavit Princeps, niſi conſules, Eccleſiaſtici patrimonii exactam ſeriem Principis deputatis traderent, & clerus cum ſuis veſtibus civitatem ſui odio liberaret. Undecimo Julii, anno ſeptuageſimo quinto iniit Hollandica nobilitas fœdus cum civitatibus ad deferendum auriaco Majeſtatis jus in Provinciam, quo ſtipulantur, *ut ſua Excellentia ſuppreſſis Romanæ Eccleſiæ cæremoniis, reformatæ Evangelicæ Doctrinæ miniſteria foveat, eaque, quæ in ejus incrementum, conducunt, proſequatur, conſtituendo quatuor generales commiſſarios, qui ad Miniſtrorum conditiones & mores invigilarent, iiſdemque ex conſilio Magiſtratuum de congruis alimentis providerent.* Paſſim quoque varia Eccleſiaſtica prædia, jura, & decimas alienavêre. Quid, quod eadem tempeſtate in Bredano Colloquio toti mundo palam fecêre, quod religionem reformatam quam ſuſceperant, deſerere non poſſent, illam enim

non

non eſſe hæreticam ut perſtringebatur, (ajebant) ſed Catholicam, Apoſtolicam, Evangelio conſentaneam, quæ ab omnibus erroribus vacua tribueret regi quæ regis, Deo, quæ Dei. Aſt hanc tam ventoſam arrogantiam hoc reſponſo uſciſcebantur regii & Imperatorii oratores; In regis arbitrio, licet maxime vellet, non eſſe, in Provinciis pervertere ſtatum ejus religionis, quam majores ibidem invenerunt, pater tot edictis munierat, & in cujus tutelam ipſe Auriacus cum Equitibus aurei velleris ordinibus & Magiſtratibus Sacramento obſtricti conſpiraverant. Unio anno ſeptuageſimo ſexto inter Hollandos Zelandoſque firmata, capite decimo quinto dictat Principi, ut nullius alterius Profeſſionis exercitia toleraret, quam reformatæ, ad eamque promovendam non omitteret idoneis uti remediis.

SECTIO VI.

ALlegavimus Marcano Comiti Ordinum ſuaſu à Principe omnia munia fuiſſe abolita, quapropter è provinciis diſceſſit, poſt cujus abitum ceſſatum quidem à propatula & in oculos etiam invitorum ſeſe ingerente tyrannide, verum aliis cuniculis idque nocentioribus contra fas & æquum, rem Catholicam ſubrui evertique vidimus.

Hiſtoriis traditur: Imperatorem Julianum Apoſtatam, experientem Martyrum ſanguinem Martyrii ſemen eſſe, longe diverſis à Diocletiani, Maxentii, & Decii barbarie, artibus Chriſtianorum conſtantiam im-

petiiſſe. Primo enim ad belli perſici expeditionem ingentem pecuniæ vim ab illis emulget, qui Diis operari noluiſſent [*a*] deinde ad expilanda Eccleſiarum bona, edicta tum publicè propoſita, tum privatim expleta ſunt [*b*] poſtremo conſtituit, ut à jure reipublicæ, conciliis, foro, publicis cœtibus, ac tribunalibus prohiberentur Galilæi (ſic Chriſtianos per convicium compellabat.) [*c*]

Aſt illud diſcriminis inter Julianum & Hollandorum præfectos intervenit, quod hi clancularìis technis ſuum in Catholicos animum non diu involvere potuerunt, ita ut levi negotio ad apertam rurſus Barbariem relapſi ſint.

Præerat (ut ante notavimus) Boreali Hollandiæ pro Auriaco Theodoricus Sonoius, hic cum omnium Catholicorum cervices (ut quondam alius Tyrannus deſiderabat) una falce decutere nequiret, & tamen eo tangeretur titulo, quod Provinciam Catholicis viduarat, ex Erebi noctiſque filiis tribunal concinnat, hiſce ſatis erat eſſe Catholicum, hoc ſuppoſito præſto erat ſententia, lictor, ſupplicium, & mors. non meis ſed Hoofftii verbis profero Hiſtoriam [*d*] Malefactores quoſdam cruci addixerat juſtitia, aſt vitam, &, pinguem deſuper offam illis pollicentur Sonojani, modo

[a] *Sacrates lib.* 3. *Cap.* 11. *Eccleſ. Hiſtor.*
[b] *Gregor. Nazianzenus orat.* 1. *in Julianum.*
[c] *Nazianzenus dicta orat. Soſomenus Cap.* 17. *Ruffinus lib.* 3. *cap.* 32. *Theodoretus lib.* 3. *cap.* 7. *Eccleſ. Hiſtor.*
[d] *Hiſtor belg. lib.* 10.

... opulentiſſimis ruſticis ſibi ad prædam ... : criminantur illi diverſos, quorum ... allevati fuerant, inter eos Koppium ...onium, & ejus filium Nanningium famæ & ... honeſtate ibidem notiſſimos: per fas & ... crimen perduellionis obtruditur, & quod ... pagis aliquibus ſpargere tentaſſent: ſeptem ...nibus, miſeris hominibus confictum ſcelus in ...rant, ac inſuper ad alios accuſandos defle... Octavus autem nomine Johannes Drymuntius ...s (meretur ejus conſtantiâ ut nomen innote-...) tertiâ vel quartâ vice eculei cruciatus immobilis, ...illum injurius aut falſus, ſuſtinet, Judices cum ... nomina eorum exprimendo, quos deferret, ...nſimilibus tormentis ipſum laceraturi: non ta-...angi poterat. è ſcalis igitur ſuſpenſum brachiis ... revinctis, pedibuſque ingenti pondere diſtri-... deſerunt, & trium horarum ſpacium popinis in-..., tandem doloribus impar ſupplicat: ſi rever-... examinatores, ſe cuncta ex præſcripto enun-..., ſed ejus preces adhuc mediâ circiter horâ ... fruſtrantur, redeunt tandem bene madidi, ... imperata facturum repetit, modo parumper ...a laxentur; non ſolum illis eximitur, ſed non ...da proditionis mercede oneratur: nominat prædictum Koppium, & Nanningium, qui ... mox collo in carcerem abripiuntur, crimen illis a Driemuntio objicitur, negant illi. So-... vero, poſtquam perjurio horum nebulonum ...ndam innocentiam uſi fuerant, eoſdem negle-

ctâ impunitatis & præmiorum pollicitatione, flamm adjudicant, qui in ipſo mortis procinctu continu revocationibus ruſticos exculpant, ſileo quod atteſt ſtationes tot contradictionibus ſcatebant, ut per men daciorum male conſutorum rimas, veritas à falſitate f cile diſcriminaretur. Interim Koppium, & Nannin gium per diriſſimos carnifices excruciant: Koppius ſe per octidium eculeo inhæret, conſumptis octo vin aduſti poculis, quibus à capite uſque ad calcem cor pus uſtulabatur, frequenter viribus nunquam inno centiæ defendendæ deficiebat, aſt tandem (quia æta ad ſenectutem declinabat) inter tortorum manus ex ſpiravit, corpus autem in partes diſſecari juſſerunt ne ipſorum crudelitas ſiccâ morte ſatiata videretur Filius autem corpore robuſtior vigeſies eculeo impoſi tus cuncta pertulit, quæ ingenioſa tyrannis poſſet conci pere, ejus conſtantiam, incantationem interpretan tur, quare flammeo vino aduſto crinem ab omni cor poris parte eradicant, ejus latera facibus adurunt, ita u ſex ſeptimanis non niſi terrâ repere poſſet, loris tamen cateniſque tam lacerum corpus huc & illuc trahitur noctem diei jungunt, nec ſoporem niſi in nudâ areâ ca pere ſinunt quem frequenter flagellis excutiunt, in ci bum duntaxat ſalſamenta miniſtrantur, ejus autem ſi tim ne quidem guttùla levare permiſſum, ventri den que pelves inverſæ ſuperponuntur, ſub eiſdem glires vivi immittuntur, ſuper pelves ignis exſtruitur, quo ex citati glires corpus arrodentes in viſcera penetrabant, pu denda ejus lacti immergunt, vitulumque ſugentem ad movent, ignito larido membra perfundunt ac tandem

poſt

plur & toties repetita tormentorum genera inno-
m conficiunt, eos fuiſſe Catholicos non reticet
ſtrius [a] Borrius [b] eidem in omnibus concinit,
tormentatorum litteras producit Sonoio conque-
, quod ſupraſcriptis cruciatibus nihil ex Nan-
o extundere potuerint. In Flandriâ quoque miris
um eſt modis; Eo Auriacus cum ingenti exercitu
, inter cæteras civitas ei proditur Aldenar-
, nova hic iterum ſiti accenſa eſt Barbarorum
, quam ut exſtinguerent plurimos ſacerdotes, &
os in ſubjectum amnem præcipitant, conſcin-
alii vulneribus, alii capite tenus in terram vivi
, ad quorum capita ſtygii iſti ludiones globos
uam ad ſcopum jactitabant. Quæ autem mecæ-
homines in Tygrides & Crocodilos Dæmoni-
metamorphoſi transformaverit ingenue edocet
orum Patronus Johannes Meurſius [c] dum
quæſiti ad cædem Sacrifici & paſſim viri nulla in-
noxii, avitæ religionis odio indigne interfecti.
igitur ſubſiſtite Catholici de hoc hominum ge-
molliter ſentire, qui veſtram religionem furore
ſchytico perſequuntur, ambabus manibus
m aſtræam Cœlo Dimiſſam ampleximini ſub-
, quod vos, veſtros liberos, ſacra & profana
contra Chriſtianos ſed Maſſagetas non homines
elluas defendit.

S E C-

[a] *Eodem loco.*
[b] *Dicta Hiſtoriâ belgica lib.* 8. *fol.*107. & *fol.*118.
[c] *Tract. lib.* 3. *in Ferdinando Albano.*

SECTIO VII.

DEſcendinus tandem ad præfecturam Ludovici Requeſenii magni Gubernatoris Caſtellæ. Hic Naſſovianis partibus utique gravis & pœne exitioſus fuiſſet obſtructo Hollandicarum ſuppetiarum in Zelandiam acceſſu, niſi eum præpropera mors regiorum exſpectationi ſubduxiſſet. Rex enim poſt ejus obitum Provinciarum faſces fiduciariâ commiſſione in ſtatus concilium defert, donec alius Gubernator belgis nuncuparetur. Petrus Erneſtus Comes Manſveldius exercitus imperator proclamatur verùm hoc regis conſilium plus Belgio obſuit, quam ejus ſeveritas. *Plurium enim adminiſtratio tum importuna erat, turbatis enim rebus præſentiſſimum remedium ab unius imperio peti ſolet.* [a]

Ziriczea devenerat in regiorum poteſtatem ita ut illorum res optimo, Geuſiorum vero peſſimo haberentur, aſt ſerenos hos ſoles turbavit ſeditioſorum militum protervia. Multorum annorum ſtipendia debebantur, implacabiles erant, quoniam ſublato duce (ſub quo jam murmura cœperant) nemo aut authoritate aut dexteritate valebat, qui impetum ſiſteret, aut coëuntes disjiceret, fugantur præfecti, ſequuntur tribuni, caput de quo dependent, ſibi eligunt. Interim in reipublicæ viſceribus multi latebant, qui novitatis vel Calviniſmi genio Geuſiorum blanditiis vel muneribus imbuti, Auriaco potius, quam regi ſtudebant, ſed

[a] *Strada decad.* 1. *lib.* 8. *de bello belg.*

[illegible] regiarum victoriarum pondere preſſi, pri-
[illegible] immunitati inſidiabantur; reſumunt igitur ani-
[illegible] conſilia, advertentes quod reſpublica tumul-
[illegible] militum inſolentia periculoſè laboraret. Eam
[illegible] dura porta invadunt, per Dominum Hœ-
[illegible] Bruxellenſis in furias agitur, hoſtes decla-
[illegible] Hiſpani, & publico mandato ſubditi contra
[illegible]. Jam Hiſpani Aloſtum, & alias civitates
[illegible], in quibus extrema experturi, fortunam
[illegible] contra Belgas communiunt, cœdunt etiam ali-
[illegible] Hiſpanis cohortibus, vulgus Bruxellenſe hac
[illegible] ſuſpiciones præcipitatur, quaſi Senatus in
[illegible] potius quam Belgas propenderet, confeſtim
[illegible] effractis curiæ foribus cuſtodiæ mancipantur
[illegible], Barlaimontius, Viglius, & alii Sanctioris
[illegible] purpurati, leguntur milites, vicinæ Valoni-
[illegible] fœderi communi innectuntur. Interea
[illegible] ſibi occupare contendunt benevolentiam Au-
[illegible], ac ſub prætextu expetendi tormenta Bellica ad
[illegible] arcem everberandam, Hiſpanoſque eji-
[illegible] cum in Hollandiam per Boſſuvii fratrem conve-
[illegible]. Tormenta quam celerrimè ſubminiſtrantur,
[illegible] Belgii ſcena vertitur, ad Catholicas enim Pro-
[illegible] Hollandia Zelandiaque [illegible] factionis ag-
[illegible], interque omnes de [illegible] mundi capi-
[illegible] Gandavi cœptum eſt tractari. Advenerunt in
[illegible] urbem non ſolum Provinciarum vicinorumque
[illegible], ſed, &, Sectorum Antiſtitum legati,
[illegible] quamquam diverſarum religionum, quamquam
[illegible] paulo ante inter ſe diſſiti; tamen Hiſpanam ex-
ternam-

ternamque militiam volentes eliminare conjun
perpetuo vinculo viribus in viginti quatuor articu
reciproco Sacramento colligantur.

Plurimis de religione, ejuſque exercitio ſtatuit
Tertio *etenim ſtatuitur, mox, ut Hiſpani Provinc*
dereliquerint, turbis pacatis procurent ambæ factiones.
ſtatuum generalium eâ celebritate conveniant com
quâ tempore Caroli quinti, quando in filium tranſ-
pſit Provinciarum Principatum, fuêre; in quibus
rebus ad reipublicæ ſalutem ſpectantibus ac præcipu
religionis functionibus in Hollandiâ, Zelandiâ finitim-
que urbibus conſervandis conſtituetur, hoc vero n
ratione ſufflaminari poterit. Quarto: *Ut cives & in*
libera agitent ubique commercia, eâ tamen lege
Hollandorum ullus pacem publicam ac præſertim Cat-
licæ Romanæ religionis, ejuſque rituum ac cæremon-
rum ordinem illudendo, tumultuſque provocando viol
Si quis contra nitatur pœnâ patriæ tranquillitatis viol-
toribus impoſitâ plectetur. Quinto: *Ut Albani ed*
contra hæreticos, eorumque executiones ſuſpendant
donec ab ordinibus, generalibus aliter judicatum f-
rit, interim ſibi quilibit caveat ne ulli ſit offendi
Sexto. *Ut Princeps Auriacus maris præfectus, re-*
giuſque vicarius, &, Gubernator Hollandiæ Zela
Bommeliæque permaneat, ejuſmodi quoque Magiſtra-
tibus & miniſtris quos modo habet, utatur; niſi
mutare voluerit, idque donec ordinum ſententiâ ali
determinatum fuerit. Septimo. *urbes oppida & ter-*
toria ad eaſdem quidem Provincias ſpectantia Auri
tamen nondum ſubdita, ab hoc articulo ſecluſa ſunt

do

[illegible] ſeſe cum reliquis reconciliaverint, &, Auriacus [illegible] eorum difficultatibus & objectis, tam quæ re[illegible] quam adminiſtrationis politicæ ſtatum concer[illegible] ſatisfecerit. articulo vigeſimo preſſius de Ec[illegible] agitur. *Videlicet ut omnes antiſtites, abbates, [illegible] &, Clerici quorum diœceſes abbatiæ, fundationes [illegible] extra Hollandiam & Zelandiam haben[illegible] aliis tamen regionibus prædia aut bona poſſident, [illegible] libere utantur, fruantur.* Vigeſimo Primo *Mona[illegible] & Eccleſiaſticis in Hollandia Zelandiaque profeſſis, [illegible], aut dotatis, qui tumultuum cauſa illinc mi[illegible], aut reſtiterunt, cum bonorum magna pars [illegible] diſtracta, honeſta alimenta addicuntur, aut poſſeſſio[illegible] nondum divenditis vi[illegible]t, horum optio tamen [illegible] ordines iſtarum Provinciarum, donec aliud [illegible] ab ordinibus generalibus definiatur.*

[illegible]ncludebantur hæc octavo Novembris anno ſep[illegible]ſimo ſexto, ſequenti vero menſe Hollandiæ or[illegible] ut fœderis executioni moram & ſuſtentationem [illegible]nt, decernunt, *ne cuiquam redituum Eccleſia[illegible] indulgeretur uſura, niſi prius ſeſe Sacramento [illegible] nec verbo nec facto Reformatæ religionis in [illegible] & Zelandicis civitatibus receptæ, ejuſque [illegible] obſuturos, nullis quoque cuniculis ad aliam reli[illegible] formam adſpiraturos, quam quæ publico non di[illegible].*

[illegible] tempore hæc agebantur, Belgium intrat Jo[illegible] Auſtriacus. In primo Provinciarum limine [illegible] Lucemburgenſi civitate ſe Magiſtratibus dete[illegible], litteriſque ad diverſos proceres, &, ſtatus con[illegible]

licium

cilium miſſis, cauſam adventus ſignificat. Hærent dubii Miniſtri, an in regimen admittendus ſit regis filius: inſtat Orangicus, ut recuſetur. poſt aliquas altercationes illi & Belgis indecoras, Gubernator ſalutatur, pacemque Gandavenſem ratam habet, Hiſpanicas quoque & alias copias ex Provinciis dimovere pollicetur. Ordines generales è contra Catholicæ religionis incontaminatam integritatem regique obedientiam inconcuſſam ſervandam recipiunt, adjunctiſque aliquibus in promiſcuam fiduciam pactis, edictum perpetuum conditur & decimo ſeptimo Februarii anno ſeptuageſimo ſeptimo Bruxellis publicatur.

Ut Gandavenſis tranſactio Auſtriaco & Hiſpanis, ita perpetuum edictum diſplicebat Orangico & Hollandis; quare generalium ordinum legatis, qui oratum advenerant, ut edictum amplecterentur reſpondit Auriacus: nec ſui nec Hollandicorum ſtatuum debitam rationem eo conventu fuiſſe habitam, ipſos tamen in omnibus Gandavenſem tractatum expleturos, imo nec huic edicto contraria vota objecturos, ne moras nectere viderentur, quibus Hiſpanorum diſceſſus retardaretur, eâ tamen conditione ne Hiſpanis integrum foret abitum longius extrahere, aut ſi non parerent, polliceri debebant generales ordines ſe vi contra eos acturos: acceptatur his legibus utrimque ſtipulatio, & contra Hiſpanum nomen novum votum nuncupatur ſi ultra ſtatutum tempus in Belgio hæſitarent. Aſt eâ curâ brevi exempti fuere, dimiſſo milite, & traditis per Auſtriacum in ordinum poteſtatem fortiſſimis patriæ arcibus.

Hollandi nullam mentionem de Calvinianâ religione circa perpetui edicti ratificationem allegaverant, ita ut ſtipulationi de Catholicâ religione protegendâ viderentur impliciti; verum & hujus tractatus & Gandadavenſis concordiæ nexibus ſeſe extemplo expediunt. Paulo enim poſt a Statibus generalibus ad Auriacum & Hollandos dimittuntur Leoninus & Schetzius legati, ut intentior fiducia inter unjus & alterius partis Provinciales adſtringeretur, repente ibidem ab Hollandis religionis quæſtio in lucem protrahitur, videlicet quod licet edicto perpetuo ſeſe nullis obſtaculis interpoſuiſſent, *nullam tamen ſocietatem validam eſſe quâ religio labefactaretur.* Itaque eo ipſo tempore quo ex Belgio juſſu Auſtriaci externus miles properabat, Naſſovici funditus diruerunt Celeberrimum Carthuſianorum cœnobium in monte Sanctæ Gertrudis ſitum, præter templa & Sacraria in Bevervicano, Leerdamenſi, Gaudano, Sardamo, & Dordraceno agro; Principi quoque magnificum exſtruitur prætorium ex ruderibus, quæ Sacræ ædes prope Montem divæ Gertrudis ſuppeditabant, publico deſuper edicto quæſtoribus injungitur Eccleſiarum poſſeſſiones in catalogos deferre, unde Calviniani myſtæ alerentur, earum etiam aliqua publicis licitatoribus proſtituebantur; quæ poſtquam per multiplices ementium vendentiumque manus ambularant, erupit tandem magnifica illa conteſtatio, *Religionem in Hollandiâ reſtitui non poſſe.* Et tamen paulo ante nempe prima Januarii anno ſeptuageſimo ſeptimo ſupra ſeſquimilleſimum conceſſit Mudena Civitas ejuſque territorium in Auriaci pote-

ſtatem his pro religione legibus: *Quod Catholicam religionem priſtino in ſtatu inviolatam retinerent, nullius tamen conſcientia inquietaretur.* Weſopia cum ſuis pagis eaſdem leges ſubiit. Harlemenſis Civitas eodem anno vigeſimo ſecundo Januarii ſecundâ vice Auriaco accedit, ſplendidis ſane conditionibus: *Religionis Catholicæ Romanæ Apoſtolicæ ritus & ſacra tam à laicis quam Eccleſiaſticis, viris, quam fœminis liberè frequentabuntur, qui moleſtiam, turbas, aut incommoda ciet, pœnam fractæ pacis ſine conniventiâ, aut remiſſione luet, in æde divæ virginis Reformatorum conciones locum habebunt. tam Catholici, quam, Evangelici mutuam fidem dabunt ſe nullis injuriis, conviciis, aut, vexationibus alterius cœtus aut Sacra interrupturos aut moleſtaturos. Aſſumit Princeps Orangicus in ſuam, ordinumque ſpecialem tutelam & defenſionem omnes clericos Monachos, eorum templa, Monaſteria, prædia cum juribus prærogativis & privilegiis ac præcipuè Harlemenſem Antiſtitem & ejus aulam & comitatum, in cæteris ad pacis Gandavenſis regulas pars utraque ſeſe geret & dijudicabitur.* Undecimo Februarii capitula, prælati, nobiles, & Senatores Ultrajectinæ civitatis ſeſe religionemque mutuis ſponſionibus contra hæreticorum inſidias communiunt. Schoonhovia iteratâ deditione vigeſimo Februarii ad Naſſovianos accedit, pacta: *ut cultus avitæ Catholicæ Apoſtolicæ fidei illibatus ac integer in civitate perduraret, ita ut nec Principi nec ordinibus fas eſſet de ea quicquam ſubducere, nihil toleraretur, quod quietem religioſarum communitatum concuteret.* Eccleſiaſticis, *eorum mune-*

neribus aut patrimoniis officeret, ex propria denique
entià templa & monaſteria reparare eorumque rui-
as reſtaurare poterunt. Vigeſimo ſecundo Martii
oeſana civitas cum inſula Zuyt-beverlandiâ tali fœde-
ſuæ religioni cavere conatur: *Quoniam Goeſana ci-*
tas, inſulaque hactenus Zelandorum exemplum
n ſunt ſubſecutæ, ſed immobiles Catholicæ religioni
eſere, ut Brabantinæ, & Flandricæ Provinciæ.
rincipi placitum eſt, ut Catholicæ religionis cultus &
a perennentur, contra ejus perturbatores pœnâ ſedi-
orum ſtatutâ modo Hollandiæ Zelandiæque incolis
merciorum libertas pateſcat; Princeps quoque cle-
ejus, ſubſtantiam, agros & decimas in ſingularem tu-
lam & cuſtodiam acceptat. Tholenſis civitas ad deci-
ſeptimam Aprilis Hollandicę factioni in hanc con-
ionis ſententiam applicatur: *In urbe & agro Catho-*
ra Apoſtolica Romana religio ſtabilis permanebit, qua-
Princeps ea quæ capite quarto pacis Gandavenſis ſta-
ntur, ſe perfecturum pollicetur, nec paſſurum, quod
lica quies, Eccleſiaſtici, Monachi cum ſuis clienti-
, bonis, prædiis & poſſeſſionibus aliquod detrimentum
cipiant, quocirca eadem ſuæ tutelæ & protectioni ſub-
t. Ad trigeſimam Decembris conſimili pacto tran-
it Heuſdana civitas, cum antea nempe nona Octo-
s urbi Ultrajectinæ ſequens ſatiſfactio a Principe &
bus Hollandiæ fuiſſet attributa, *videlicet: cura-*
ſuâ Excellentia ne detrimentum aut convicium in
anocatholicorum ſacra ingeratur, Eccleſiarum
alibus poteſtas ſupererit mulctas exigendi, modo
cificationi non obſtent, Magiſtratus exequentibus

ſua authoritate aderit, caſu quo Princeps cum aulic comitatu civitatem inviſat, non aderit miniſter, qu officiis aut cultibus Gandavenſi concordiæ contrariis operetur, beneficia à ſuâ Excellentiâ non niſi in Catholico conferentur, & hoc ex ſententiâ Archiepiſcopi. Hollandiæ Zelandiæque ordines hanc tranſactionem debita ſolemnitate confirmarunt. Ita hoc anno civitates de quibus memoravimus plenam poteſtatem in ſuam ſuorumque fortunam illis hominibus nimium credulæ fecerunt, qui jam tum facinus adornabant, quo in eorum ſacra & profana contra fas & æquum proruerent; anno enim nondum evoluto Catholici Harlem Schoonhoviæ & reliquis urbibus multa templa, gymnaſia, & dicaſteria novatoribus repleta aſpexêre & doluêre. (*a*)

SECTIO VIII.

Vidimus quibus legibus Auſtriacus ad rempublicam capeſſendam introductus ſit, ſequitur, ut examinemus, quomodo diſſiliente concordiâ ſeceſſum, & ad vetera odia reditum ſit, qualemque ſcenam ibidem religio aperuerit. Geuſiorum Principibus cuncti ſuſpecta erant, quæ pro Auſtriaco decernebantur, metuebant enim ne eorum factio ab Auſtriaco, ope Catholicorum ſtatuum ſubnixo everteretur; per ſuos itaque clientes diſpergunt: Auſtriacum calentem & ad quodvis claſſicum erectum juvenem eſſe, qui occaſioni in Belgicam libertatem invadendi ſtudioſiſſime invigilabit,

(a) *Inſpiciatur Borrius lib.* xi. *fol.* 262. *annal. belg.*

bit, eâ de cauſâ Hiſpanos adhuc in Lucemburgicis
hoſpitiis hærere, reſoverique, ut dato ſigno quampri-
mum valentiores revolarent, Hiſpanicis miniſtris, &c,
tibus aures animumque committere, neglectiſque
tatuum decretis, &c, conſiliis cuncta ex eorum men-
& præſcripto actitare; quæ ubi ex arbitrio fluere
demque invenire animadvertit Auriacus, ulterius non
moratur magno argumentorum pondere apud quoſ-
dam ex ordinibus inſtare, ut Auſtriacum captum in
Zelandiam ad ſe tranſmitterent, tamdiu cuſtodiendum,
donec firmioribus ſponſionibus libertati & privilegiis
cautum foret. Auſtriacus de inſidiis admonitus ſuam
autem arci Namurcenſi includit, ordinumque pro-
curatores de ſeceſſionis cauſâ edocet, illi ne rumorum
vanitati nimium tribuat, & Bruxellas revertatur ob-
ſecrant, ſe eſſe paratos in authores quæſtionem decer-
nere, negat ſe reverſurum, Auſtriacus, quamdiu
Aldegontius & Teronius a Naſſovianis in ipſius capti-
vitatem ſubornati Bruxellis agitarent, addidit dein-
ceps ſe ab ordinibus poſtulare, ut religioni contra pa-
ctum temeratæ ſubvenirent, ſi ſe impares cenſerent, ſe
habere unde illis prompto auxilio adeſſet, Auriacum
re omnia debere obligari ad obedientiam pacificatio-
ni communi debitam, quam diverſis ludificationibus
infringebat, arces & caſtella Sevenbergi & aliis locis
occupitando, clericorum domos & bona expilando, om-
nia denique, quæ hoſtilis crudelitas poſſet comminiſci,
aggrediundo, reſpondent ordines temporum ſorti
non convenire arma religionis cauſâ induere. Hiſpa-
norum machinationes eò proſpectare, ut obtentu reli-

gionis conſciſis mutuo conflictu Belgis, eorum liber-tatem & ſubſtantiam ad ſe derivent.

Deſperatâ igitur concordiæ reſtauratione diſcerpi-tur Belgium in tres partes, quarum duæ duntaxat Pro-vinciæ regio gubernatori, reliquæ aut ordinibus aut Naſſovianis parebant; accerſitur tandem Bruxellas Auriacus, repetitoque veteri vocabulo Ruardus Bra-bantiæ creatur, totaque reipublicæ curatio in eum, quaſi unicum patriæ labentis columen magnâ æmula-tione certatim congeritur. Catholici ſtatus, præſer-tim Eccleſiaſtici, ne humanis reſpectibus Religioni negotium poſthabere viderentur, per ſuos oratores Auriacum in hanc ſententiam compellant: *Excellentia veſtræ ignotum non eſt, quod patriæ communes hoſtes ve-ſtram ſinceritatem perduellionis in regem. & religio-nem inſimulent, quaſi fœdera, &, pacta inter nos non in alium ſcopum fabricarentur, quam ut Domi-num, & avitam fidem excutiamus, quapropter qui-bus valemus precibus ab Excellentiâ veſtrâ efflagita-mus, ut hæc Calumnia manifeſtis contrariæ intentionis indiciis refellatur; facile id fiet, ſi veſtra Excellentia cum Hollandicis Zelandiciſque ordinibus, non tantum in urbes, quæ juxta pacificationis Gandavenſis decret-ſe veſtræ præfecturæ crediderunt, ſed, & in reliquas, Ca-tholici cultus officia (modo id exigatur) revocaret, cave-ret inſuper quod in Provincias, quæ Romanis ritibus ob-temperant, nullam mutationem induceret, verum, quod audaciam contraria attentantium reprimeret.* Reponit ad ea Princeps *ſe promptum paratumque om-nes controverſias ad trutinam Gandavenſis concordiæ expendere*

expendere, ſed quoniam Hollandiæ ordines religionis Romanenſis exercitia ſuſpenderant, donec aliter ab ordinum generalium collegio decerneretur, a ſe nullatenus poſſe requiri, ut tam ſolemnis legis terminos egrederetur ſine conſenſu Hollandicorum ſtatuum. Quod vero concerneret poſtulata de non tolerandâ religionis violatione in urbibus Romano-Catholicis, *Se ſuo ordinumque Hollandorum nomine ſpondere non permiſſurum ut Romano-Catholicorum ſacra Gandavenſi unione ſtabilita ſuis functionibus aut prærogativis deſtituerentur.* Audimus quam magnificis verbis tractatuum Gandavenſium expletio iterato promittatur, & tamen eo tempore teſte Michaele ab Iſſelt (*a*) qui tum vivebit, decimæ & prædia Religioſorum quæ hactenus non niſi uſusfructus titulo erant diſtracta perpetuis alienationibus in multiplices emptorum manus abiêrunt, imo non tantum religioſis damnum conflatum, verum, & aliis religionis aut regis cauſâ è patria pulſis, qui dum reduces patrimoniorum poſſeſſiones repetunt, diverſis litigiorum tricis, aut omnino fruſtrabantur aut porrecta exigua portione, abigebantur.

Dum hæc per Provincias paſſim geruntur, conveniunt utriuſque religionis & factionis præſides, novoque vinculo mutuam cauſam firmare conantur, pars una alterius ſacra, &, religionem in ſuam tutelam complectitur, dextræ dextris, ſigna ſignis, æraria ærariis conſilia conſiliis confunduntur, & communi odio deſignatus hoſtis Auſtriacus. Auriacus autem omni-

(a) *Hiſtoriâ ſui temporis ad annum 1577. fol mihi 526.*

um, quæ fiebant, dux & arbiter erat, ſed hæc dictatura proceribus diſplicuit, quare ex Germanâ Archiducem Matthiam evocant, quem Antwerpiæ, &, Bruxellis magnâ Ludorum gratulatione Gubernatorem Belgii ſalutant; Auriaci tamen clientes tantum evicerunt, ut ipſe tamquam curarum Vicarius archiduci adderetur. Inter conditiones Archiduci præſcriptas expreſſum *ut Pacificatio Gandavenſis inviolata perennaret, ſi tamen contumeliarum ab unâ, aut alterâ parte ejectarum occaſione lis emergeret, illa generalium ordinum definitione componeretur*, Antea quoque nempe nono Februarii anno ſeptuageſimo ſeptimo declaratum: *quod mutuum fœdus æternâ firmitate ſtabile & incorruptum vellent contrahere, á quo nulli licitum quocunque ſub obtentu aut ratione ſecedere, & hoc potiſſimum ut Catholica Apoſtolica Romana religio perpetuâ libertate & ſuis privilegiis gauderet.* Aſt hæc decreta Geuſiorum temeritatem magis inflammavêre, quapropter ſubſequenti anno vigeſimo ſecundo Aprilis Antwerpiæ iterum repetito ſenatuſconſulto cautùm eſt: *ne contra Gandavenſem unionem quicquam delinqueretur, prætoribus, & criminalibus tribunis injunctum ſub ſeveriſſimis pœnis, ut in eos, qui ſacra Catholicorum ſannis aut maledictis inceſſerent, tamquam pacis publicæ hoſtes animadverterent.* Aſt incaſſum. Ita enim inquit Geuſiorum Encomiaſtes (*a*) *His & ſimilibus cautelis laborabant ordines Catholicæ rei ſuccurrere, præſertim in illis Provinciis in quibus juxta pacificatoria decreta Romana religio praeeſſe debebat,*

aſt

(*a*) *Metrius Hiſt. Belgicâ ad annum* 1578.

ſi brevi, neceſſitate illud requirente ab hac ſententiâ dimoti ſunt, quoniam Hollandicorum & Zelandicorum aliorumque Reformatæ profeſſioni adſcriptorum militum opera indigebant, inde quoque nata occaſio, quod reformati ad dignitates & pulvinaria, neglectis Catholicis extollerentur. Ordines nequicquam Gandavenſi fœdere Catholicorum ritibus conſuluêre, ad id ipſum quoque collimatum eſt, dum Archidux Matthias inaugurabatur. Verum Calvinianorum plurimi præcipiti ſtudio exſtimulati ſuam religionem in ſubſellia, tribunalia, & alia munia intruſerunt.

Hujus aſſertionis per eos dies inſigne exemplum præbebat civitas Gandavenſis, Ubi vix ſignatâ pace contra Catholicos excanduit furioſa ſeditio, ejus fax, erat Petrus dathenus Calvinianus Myſtagogus, qui in Gandavenſis tractatus leges, quibus Catholicis religio aſſerebatur, impiè declamabat, qui autem fœderum & Sacramenti reverentiam objectaret, eum diris devovere, aut apud incenſam plebem tanquam patriæ proditorem traducere non intermittebat, ita ut expulſis in exilium Catholicis totam rempublicam ſuæ ſectæ ſociis impleverit, illi autem Catholici, qui ex hac tempeſtate enataverant, ſequenti anno ſunt exturbati, quo tempore Borlutius, Trieſtius, & alii conſonantium turbines in ſacraria, ejuſque antiſtites novâ iterum impreſſione involant, & cuncta abominando ſacrilegio, non tantum Gandavi, ſed & Brugis, Ipris, Teneræmundæ, Aldenardæ, & Aloſti permiſcent. Auriacus tandem veritus ne hæc veſania concordiam inter Catholicos & ſectarios nuper initam luxaret,

luxaret, Gandavum procedit, ubi populariter recipitur, dum autem de pace incorruptè colendâ verba habet, mox ei reponitur: *Gandavenſes parituros, modo ubique ad pactionis regulas reſtauraretur religio*, ejus tamen authoritas tantum præpotuit ut decimo ſexto Decembris pax in hanc ſententiam reconciliata fuerit: *Catholicis quædam templa redhiberentur, ſupplicationes publicæ fierent, clerus reverteretur, contumeliis nemo indulgeret, feſta Catholicorum clauſis foribus & tabernis condecorarentur. Verum Paulo poſt iterum in Sacerdotes & Catholicos ſævitum eſt.* (a)

SECTIO IX.

AMſterodamenſis civitas Hiſpano nomini fidelis, portas, & animos, Naſſoviorum Hollandorumque allectionibus, & invitamentis hactenus obſeraverat, Lumæi enim ſcelera & rabies in Romanos (ita loquitur (*b*) Amſterodamenſis cleri animos à communi cauſa averterant. Sed dum ſub aliarum calamitatum iniquitate difficulter laborat civitas, nec ullis ab Auſtriaco ſuppetiis reficitur, deſperatâ ſalute deputatos Hagam comitis delegat, ibidem cum Archiducis & Auſtriaci procuratoribus in ſequentes conditiones Octavo Februarii anno ſeptuageſimo octavo ſupra milleſimum quingenteſimum paciſcitur: In urbe & To-

(a) *Gotardus Arthus Lutheranus in Mercurio Gallobelgico Tom. 2. lib. 4. ad annum 1578.*
(b) *Bleyſwickius in præfata Hiſtoriâ Delphenſi fol. 442.*

Toparchiâ Amſterodamenſi nulla alia religio ſibi locum vendicabit, quam avita, Catholica, Romana religio. Nemini impune erit, cujuſcunque conditionis, ſtatus, aut qualitatis fuerit, communem quietem, otium, aut pacem ac præcipuè Catholicam Romanam religionem, ejuſque ritus, & munia convellere, aut irriſionibus vel ſcommatibus ea de cauſâ aliquem laceſſere, contra peccantes pœnâ ſeditioſorum & fractæ pacis decretâ, ſub conditione; ut ſtatuta religionem ſpectantia, eorumque executio infirmentur, ita ut quilibet ſine perſonarum diſcrimine libere & ſecurè commercia, &, domicilium ibidem inſtituere poſſit, nec, ad obſervantiam Romanorum cultuum, cæremoniarumque teneatur. Euntibus aut redeuntibus ex concione aut exercitiis Reformatorum, quæ non niſi extra civitatis territoriique ambitum fient, nulla moleſtia, remora, aut læſio impingetur, nec ulli, occaſione illius profeſſionis functionum aut cœtuum verbis aut factis inſultabitur ſub pœnâ ſupra ſtatutâ. Inferentur eorum cadavera honeſto loco, qui eorum tumulis deſignabitur, aſt funera non cohoneſtabuntur majori quam viginti ſex perſonarum comitatu, qui ſine cantibus concionibus & aliis ſolemnitatibus, modeſto gradu incedent, arbitrariâ punitione delinquentibus præſcriptâ. Sex civium ſigna, quæ hactenus in excubiis fuêre, exauthorabuntur, quibus alii ſubſtituentur, Sagittariorum collegia reſtaurabuntur, in defunctorum loca tam reſtituti exules, quam cœteri pari jure ſuccedent. Ut autem pactio indiſſolubili perennitate conſtaret Archiducis, Auriaci,

Hol-

Hollandiæ, Zelandiæ & Ultrajectinorum ordinum fide & ſigillis inſtrumenta muniuntur. Dixin us Amſterodamenſes frequentibus ſuaſionibus ab Hollandis fuiſſe ſollicitatos, probatur id (unde Geuſiorum quoque perfidia potiſſimum elucet) ex litteris anno ſexageſimo ſexto decimo ſeptimo Decembris ad Magiſtratum ab ordinibus Hollandiæ datis, Videlicet: *Quod nulla prorſus difficultas ab unione ſub auſpiciis glorioſiſſimi Principis Auriaci initâ, eos arcere aut retardare deberet. Nihil enim ulterius intendi quam ut hoſtes proclamarentur Hiſpani, quod jam ab omnibus pœne Provincialibus peractum erat, ſe quidem ſcire, quod eorum animi diverſâ ab illis religione forent imbuti, idcirco tamen non ſubeſſe rationem, cur in publici ſtatus negotio diſcreparent, præſertim cum aſſiduis declaraſſent aſſertionibus, quod arma nullatenus pro religione aſſumpſerant, ac ejus ſortis controverſias generalium ordinum arbitrio ſubmiſerant, ut eorum legati in Bredano & Gandavenſi tractatu teſtatum reliquerant, quare iterum iterumque repetebant, quod nullius conſcientiæ vim adhibere cogitarent, ſed cuilibet urbano Magiſtratui integram abſolutamque facultatem authoritatemque permittere de religione ejuſque uſu & moribus diſponendi, ut viſum fuerit.* Verum quam veræ fidei rebellibus Sancta ſint acta publica, licet mille juriſiurandi ambagibus circumſepta, exiguo poſt tempore patuit.

Menſe enim Junio ſubſequenti, Geuſii clam introductâ factioſorum hominum ingenti ſentinâ, in Minoritarum cœnobium irruunt, Monachos, Sacerdotes, &, Parochos aut vulneribus aut verberibus ab urbe

elimnant,

eliminant, prætorem, Magiſtratum & aliquos ex honeſtiſſimis civibus Catholicos, ad mare obtorto collo abripiunt, rimoſæque Cymbæ impoſitos ventorum & pelagi perfidiæ perjuri committunt, deinde reſumptis animis & auſibus in reliqua monaſteria, templa, & Sacraria irrumpunt, altaria exſcindunt, divorum ſtatuas & cymeliarchia deſtruunt, aut exurunt, Sacramenta execrandâ fœditate polluunt, id denique, quod ſanctum, quod avitum, quod Catholicum redolet frangunt, peſſundant & comminuunt. Hugo Grotius (*a*) Amſterodamenſes Catholicos ambiguæ fidei, & in hoſtem interdum flexiles deſcribit, verùm nullam conjecturam, multo minus probationem accuſationi adjungit. Imo Hoofftius (*b*) inſinuat, id, quod Catholicis imputatur doloſâ calliditate contextum fuiſſe, me non fugit quod Aldegontius, qui eo tempore Wormacienſibus imperii comitiis intererat Belgarum cauſam acturus, litteris vigeſimâ ſextâ Aprilis ad ordines Hollandiæ datis ſignificet Polwylium Hiſpani regis miniſtrum alicubi effutiiſſe, multorum Amſterodamenſium civium conſcientias Hiſpanicis conſiliis eſſe innexas, verum quæ hæc delatio? quo jure, quâ authoritate, quibus teſtibus aut allegationibus, nititur? Aldegontius capitaliſſimus Catholicorum hoſtis tum pridem hæreſi corruptus & corruptor erat. (*c*) Imo quod mirêre, eodem tempore, eiſdem illis comitiis hic magnus orator in Belgio Catholicos evertere, &

in

(a) *Annal. lib. 3.*
(b) *d. Hiſtoriâ lib. 13.*
(c) *Ita de eo Srada de bello belgico decad. 1. lib. 5.*

in imperio Cæſareis Electorumque deputatis perſuadere non erubuit, *Belgas Archiducem Matthiam pro tuendâ Catholicâ Romanâ religione ad Provinciarum regimen evocaſſe, præſertim cum illa inter civiles hoſce tumultus magnis motibus percelleretur.* (a)

Interea Auſtriacus ordinum copias memorandâ ſtrage ad Gemblacum conſciderat. Rennenbergius, qui Friſiæ & Tranſyſulaniæ,nomine ordinum præerat, auditâ Hiſpanorum victoriâ, extemplo in regios conſiliarios, ac, miniſtros ultionem detorquet, eoſque carceri includit, Petro quoque Knyſio Leowardienſi Epiſcopo inſidias ſtruit, verum ille hiſce elapſus, Coloniam pervenit, ubi cum facultatem Theologicam reſtauraſſet, piè in Domino obdormivit. Leowardiæ, Campis & aliis in urbibus ſacra, novo rurſus ſacrilegio aut concuſſa aut diſcerpta ſunt. Ultrajecti Hubertus quidam Doeffhuſius divi Jacobi Parochus Romanæ religionis tranſfuga, in ſuggeſtu, quo paulo ante catholicè dixerat, muſteam ſuam ſectam attonitis auditoribus propinat, huic novitati ſeſe civium ornatiſſimi objiciebant, cauſati illam Gandavenſi & Auriacæ ſatiſfactioni obniti, verum talibus non ſolum neglectis, ſed & male mulctatis, publicâ authoritate Calvinianorum conciones corroborantur, deportatiſque in exilium minoribus divi Franciſci fratribus, eorum quoque Eccleſia profanatur, ad hæc quinto decimo Aprilis eodem anno ſeptuageſimo octavo indictâ cauſâ Zuſium Hollandicæ Curiæ pro rege quondam præſidem

(a) *Vytenbogartius dictâ Hiſtor. Eccleſ. part. 3. verſu anders dan dat hy.*

ræſidem, Ratingum Griſperum, & Lentium conſiliarios, Utenhamium nobilem, Weſelium Sancti Petri decanum, Gouſinum, Wijckerſlotium, Canonicos Beatæ Mariæ, Everhardum Molengravium Eccleſiæ civilis Parochum publicato in hæc verba edicto proſcribunt:

Cum multi in urbe Auſtriacis partibus dediti indies hoſtilia moliri videantur. Oppidani præcipuos Catholicæ Romanæ religionis coriphæos, minoritas, ſacerdotes & Monachos urbe exigunt, templa ſtatuis, & imaginibus purgant, repurgatæ ſolummodo profeſſionis conciones & exercitia flagrante bello ad civitatis ſuæ ſecuritatem permittentes. de hujus ſententiæ iniquitate accipe teſtimonium præcitati Arminiani miniſtri Uytenbogartii, qui Ultrajecti multis annis concionali ſtationi deſerviit: videlicet: (*a*) *Patriæ ordines reiteratis frequenter querelis ſuper infirmatis Gandavenſis concordiæ, perpetui edicti, & unionis, totque tranſactionum fœderibus, civium veſaniam refrenare laborabant, verum illi inſtantes adurgebant ſacerdotes & Monachos Patriam hoſtibus prodere, quamvis de eo nullis conjecturis conſtaret.* ſic, iterum iterumque Catholico nomini inuſta gravis injuria, inauditâ defenſione. Civitates eorumque Catholici municipes antequam ad Auriacos tranſibant ab omni ſuſpicione vacui habentur, vix autem tranſitum confecerunt, atramentumque quo pactis ſubſignabatur fluere deſtitit, mox hoſtilia meditari, Auſtriacis ſtudere & Naſſovios odiſſe nullo fundamine

(a) *Dictâ parte 3. Eccleſ. Hiſtoriæ verſu hoewel daer van niet en bleeck.*

damine dicuntur. Imo paſſim fatentur Calviniaorum Buccinatores quod Nardenſe excidium, (id anno ſeptuageſimo ſecundo evenit) ubi ſine religionis reſpectu promiſcuâ carnificinâ ſævitum, nec Majeſtas loca religioſa, aut ſacra, a militum direptionibus, incendiis, & cœdibus protexerat, Eccleſiaſticorum mentes utcumque Hiſpano ob Geuſiorum potius ſcelera, quam ſuadente affectu addictas, contra eoſdem obduravit ita ut ipſorum plurimi hanc potius luem, quam libertatem projicerent. *(a)*

SECTIO X.

QUibus conditionibus Harlemenſis civitas ad Auricos poſtremo ſeſe receperit, ex parte memoratum eſt, inter illas ſanctiſſima & pœne inviolabilis habebatur: *Ne Harlemitæ ullo præſidio vexarentur*, verum idipſum anno ſeptuageſimo octavo ſupra ſeſquimilleſimum ſub feſtum Sanctiſſimæ Trinitatis introducitur. Ex militis advenientis ore ſibi malum augurabantur Catholici, quare præcipuos Reformatorum interrogant, quis eos eventus maneret? Nihil verendum regeritur, modo inſtituenda ſupplicatio templi fores non egrederetur. Aſt poſtmodum ut incautos & imprudentes ſecurius opprimerent, in feſto venerabilis Sacramenti ſummo mane pulſatis tympanis publicari jubent, ne quis prçſidiariorum ſub capitis pœnâ quicquam contra Catholicos eorumque religioſas

(a) *Late Bleyſwijck in deſcriptione Delphenſi fol.* 443.

gioſas functiones moveat, vix præco ſiluerat, cum ſigno quaſi accepto in Franciſcanorum cœnobium ſacrilegæ Harpyjæ feruntur, momentoque omni decore & ſuppellectile exuunt, decantabatur interea in ſummo templo ſolemne ſacrum, oberrabat paſſim armatus miles, quorum unus educto gladio proximos fugat, accurrunt reliqui, pars chori ſubſellia invadit, ex Sacerdotibus eorumque miniſtris aliqui ſauciantur, pars ornatus convellit, dilaniat aut diripit, ciſtas confringunt, aut referant. Petrus Balingus, cui ſenectus pœne diem ſuſtulerat, dum caligans non bene veſtigia firmat pugione confoſſus concidit. Ad tot, &, tam immania ſcelera tota obſurduit regentium juſtitia, omnes planctus, querelæ, &; expoſtulationes ventis creditæ evanuêre. Hooſtius inquit (a) *qui Ballingum obtruncavit ordinum juſſu, cruci traditus eſt, ſed quod ullâ aliâ ſententiâ aut animadverſione in reliquos malefactores quicquam decretum ſit nullibi memoriæ mandatum reperio.*

Dum hæc in Hollandiâ geruntur. Sectarii quoque in urbibus, quæ Catholicis ſtatibus regebantur, criſtas attollunt, majori tamen modeſtiâ procedere videri volunt, præſertim Antwerpiani conſiſtoriales. Secundo enim Junij anno ſeptuageſimo octavo ſupplicibus precibus liberiorem religionis Calvinianæ adminiſtrationem ab Archiduce, Auriaco, & ordinibus efflagitare conantur, allegantes; *Quod illis jam a plurimis annis fixum ſtaret in Evangelicâ fide perſiſtere, quam tempore Albani & aliorum Gubernatorum cruore ſuo inter tot anguſtias protexerant, verum ſe non*

(a) *Hiſtor. Belg. lib. 13.*

futilibus conjecturis nec vagis indiciis commoneſieri, quod poſtquam Hiſpanicam Tyrannidem à Provincialium cervicibus depuliſſent, illis ipſis intolerandam ſervitutem imminere, has tamen ſuſpicionum occaſiones conceſſâ religioſæ libertatis indulgentiâ poſſe averti, quæ ſi denegaretur, legitima prodita fidei ſigna erumpere, unde ſine dubio ejuſmodi motus pullularent, qui non omnibus proteſtantibus probarentur. Offerebant inſuper Catholicis idoneam cautionem de non inquietandis ipſorum ritibus, diripiendis aut vexandis poſſeſſionibus, aut quicquam attentando, quod ſocietas civilis reſpueret; evellebant quoque ex animo cuncta odiorum ſemina, ut firmam & nunquam ſolvendam concordiam conciliarent, rogantes ne huic hominum generi fides haberetur, qui opinabantur religionum pluralitatem reipublicæ eſſe intolerabilem, & quod clericali ſecuritati nullâ ſponſione conſuli poſſet, ſe quidem ſcire, quod Hiſpani Gandavenſis fœderis leges violarant, ideoque reciprocâ juſtitiâ à ſe ſtare, num continuent, aut abſcedant; rogabant tamen humillimè ne tam æquis conditionibus quicquam detraheretur, ipſos malle ut ordinum generalium prudentiſſima ſagacitas moderamen inveniret, quo utriuſque religionis affeclis ſuccurreretur.

Aſt cum ob grave tantarum precum momentum, reſponſio in aliquot dies extraheretur, ſeptimo Julij eaſdem ſimili pœne formâ reiterant, addentes: quod quoniam adnimadverterent difficultatum cardinem circa ſecuritatem Catholicis confirmandam verti, præter alia inventa & remedia huic poſtulationi idonea

ipſos

ipſos velle ut omnes miniſtri, diaconi, & ſeniores fidem ſuam pro implendâ ſatisfactione interponant, cum inviolabili coram divino numine aſſertione, ſe prælatorum, aut aliorum clericorum qui Romanæ Eccleſiæ ritus ſectantur, damna, vexas, aut ludibria nec quoad bona nec quoad miniſteria, nec perſonas ullo tramite ambituros, aut procuraturos, ſed quod omnes moleſtias & detrimenta ab ipſis propulſare ſtudebunt, imo quod amplius, ſi ad ipſorum notitiam rumor illaberetur, quempiam aliquas in eos inſidias conflaſſe, quantocyus loci Magiſtratus admonituros ut congruis modis malo occurreretur. Sic iterum Archidux & plurimi ex ordinibus hæreticorum technis circumſcribuntur, ita, ut fœdus Catholico nomini & Gandavenſi contractui ignominioſum ac pudendum (quod pacis religioſæ titulo dignantur) conſuant, idque vigeſimo ſecundo Julij eodem anno proclamari jubent, præcipuus ejus tenor indicabat: *Quod licet Gandavenſi concordiæ ab Auſtriaco illuſum foret, ordines tamen ab eâ non declinaturos. Omnis injuriarum hinc & illinc poſt compoſitam pacificationem commiſſarum memoria deleretur, Romanæ Catholicæ religionis reſtauratio in Hollandiâ & Zelandiâ fieret, modo illi qui eam deſiderarent, in oppidis centum familiarum numerum complerent, quæ unius anni ſpacio domicilium continuarant, in exiguis vero deſtrictibus, ubi potiorem incolarum numerum efficerent. Religio Reformata per ſeptemdecim Provinciarum urbes & oppida modo exigeretur à præfato habitantium numero publicâ luce fungeretur, ſin itaque vel hujus vel illius profeſſionis conſortes intermortui cultus*

 redin-

redintegrationem requirerent Magiſtratibus negotium incumberet opportuna loca aſſignandi. Ecce præcipuos, pacis, ſcilicet religioſæ, articulos. nonnulli adjungebantur qui communi tranquillitati proſpicere vidêbantur, *videlicet: ne motus aut turba in alterutrius cœtibus aut templis concitaretur, Reformati extra Hollandiam & Zelandiam Catholicorum feſta clauſis tabernarum foribus obſervarent. Diebus jejunii ad macella aditus non pateret.* Porro articulus decimus ſextus & decimus nonus tam ſectariis quam Catholicis gradum ad omnia munia, dignitates, & officia conſtruebat, *recipiendo illos ſine diſcrimine religionum ad Magiſtratus, faſces, ſubſellia, collegia, tribunalia, gymnaſia, noſocomia & hoſpitalia.* Concluſâ hac ſocietate, proſiliunt repente hæretici, in Provinciis ubi illa publicatur (aliquæ enim eam recuſabant) ad Eccleſias, & cœnobia, eadem in concionalia fana transformantes, ſic ut Mechliniæ, Brædæ, Lyræ, Ipris, ac per totam Brabantiam & Flandriam nulla veſtigia avitæ religionis, in plurimis ſacris ædibus relicta ſint. Antwerpiani conſiſtoriales omnis moræ impatientiſſimi nondum emiſſis pacificatoriis decretis, Magiſtratum ad extradenda auguſtiſſima urbis delubra adegerant, Catholicis in triviales angulos rejectis, quod & in plurimis aliis locis patratum ſine juſſu Magiſtratuum, & antequam innoteſcerent pacis religioſæ capitula, teſtatur Uytenbogartius. (*a*)

Exſpectabit hic lector, quod in Hollandicis Zelandicisque

(a) *Hiſtor. d. Eccleſ. part.* 3. *verſu maer dewijl in verſcheyde.*

dieiſque urbibus Catholicis ſua ſacra & Magiſtratus reddantur. Adeſt Hugo Grotius magnum illud non ſolum Patriæ, ſed & Europæ lumen, huic meas reſpondendi vices delego. Dum inquit. (a)

Innovatæ religionis ſectatores rem impetrarunt egregiam (pace nempe religioſâ) ſibi utilem, reipublicæ ancipitem, videlicet: quod ad munia publica, & proventus ſint admiſſi, inter alia eo tempore ſtipulatum eſt, quod quibuſcunque in locis familiæ non minus centum exercitium poſtularent, id illis indulgeretur, hac tamen lege, ut Latinorum cæremonias præferentibus, per Hollandiam ac Zelandiam tantundem concederetur. Quod tamen non evenit.

Metrius, & alii Calviniani ſcriptores ut tam immane fœdifragium aliquibus excuſationum coloribus obnubilent, allegant quod libellus quidam octavo Junii anno ſeptuageſimo octavo ab ordinibus Hannoniæ emiſſus, hujus mali author fuerit. Agnoſco quod Archiduci, ordinibuſque jubentibus, ut juxta pacis leges Calvinianis ad peragendas conciones loca publica adaptarent Hannones parere detrectarint, ſed quomodo illa controverſia materiam opprimendæ Catholicæ Eccleſiæ, ac fœdera rumpendi in aliis Provinciis ſuggeſſerit, non capio. Verum jam plus quam centies audivimus quod perfidia concatenatâ ſucceſſione omnes hæreticorum actiones ad ſuum nutum attemperaverit, quare non repetendum quod poſt pacis religioſæ publicationem, & tamen ante Hannonenſium ſeceſſionem, Antwerpiæ & aliis in urbibus turbatum ſit.

 Imo

(a) *Lib.* 3. *Annalium.*

Imo Gandavenſes aſſiduis tumultibus, cœdibus, & exiliis Catholicorum ſtatum flagellarunt, non ſolum in urbe, ſed & ruri Domini Glayonis viduam, quod ſuâ toparchiâ Calvinianorum cœtus, qui ibidem pacificationem Gandavenſem contemnentes nidificabantur, proſcripſiſſet, indignis modis excruciatam, cœſis aliquibus Walonibus, ædibuſque direptis in vincula abduxerant. Id, cum Hannonum duces in ultionem accenderet, eo uſque ſeſe effrons Geuſiorum arrogantia extulit, ut ad pacis mentionem ſe ſurdas aures gerere jactitarent, quamdiu per Provincias templa reformationis uſibus impervia manerent.

SECTIO XI.

ANnotavimus paulo ante pacis religioſæ contextum non ab omnibus laudatum, erant enim Provinciæ & oppida quæ Hannonum veſtigia ſecuta, eidem, tamquam in Gandavenſem concordiam & unionem cum Auſtriaco initam pugnanti, animoſâ conteſtatione contradicebant. Ne auguſtiſſima Belgarum Principum ſedes Bruxellenſis urbs hæreticis conventibus fœdaretur, interceſſere Catholici proceres in hanc ferè ſententiam. *Ignotum non eſt quod Provinciæ jam à Biennio ad exſtirpandam Hiſpanorum Tyrannidem in fœdus & unionem coaluerint, duabus potiſſimum conditionibus: Imprimis ut in quindecim Provinciis avitæ, Catholicæ, Romanæ religioni, excluſis cœteris ſacrum imperium, & Regi ſua conſtaret Majeſtas, ita declaratum nuper, cum ad capturam aliquorum procerum*

proce-

procederetur, ita ſonat articulus quartus Gandavenſis concordiæ, expreſſâ ſtipulatione interdicens Hollandis, ne extra Hollandiæ Zelandiæque limites quicquam contra Catholicæ Romanæ Eccleſiæ incolumitatem conſervationemque machinarentur, ejuſque clientibus injuriis, aut, contumeliis incommodarent, hiſce nullæ apertiores, nullæ conteſtatiores interpretationes adhiberi poſſunt, quam ſtatuti vigeſimo ſecundo Aprilis, nuper Bruxellis publicati, ſine ambagibus loquentia verba, quibus Archidux, Princeps Arauſionenſis, conſilium ſtatus, & ordinum mentem ſuam denudant. *Videlicet: quod aliquæ hominum male feriatorum catervæ, ſub involucro militaris licentiæ templa, &, aſceteria deprædationibus, & ruinis deforment, Clericis inſultent, diverſa denique inſolentiæ, & audaciæ, congregandis concionibus, maritandis filiabus, infantum luſtrationibus aliiſque novæ religionis ritibus edant ſpecimina.* *Exinde conficitur, ejuſmodi conciones, quarum libertas modo affectatur, in primâ interdictorum facinorum claſſe conſtitui. Præfata quoque pacificatio nobis dictitat poſt Hiſpanienſium diſceſſum, eâ ſolemnitate eſſe indicenda ordinum generalium comitiâ, quâ tempore Caroli quinti, regna in filium cedentis, fuêre inſtituta; idque, ut in Hollandiâ, Zelandiâ, Bommeliâ & ſimilibus territoriis religio, ejuſque jura & functiones ordinarentur, ubi nihil à ſtatibus generalibus memoratum de novatorum religione extra Hollandiam Zelandiam, & ſocia loca pro-*

 ferendâ

ferendâ talibus quindecim Provinciarum unio typis vulgata, decimo Januarij anno ſeptuageſimo ſeptimo etiam adæquata reſpondent, nihil enim eſt evidentius, quam quod nulla pœne Provincia Brabantis ſuppetias tuliſſet, aut ſe unioni immiſcuiſſet, niſi duabus prædictis conditionibus in anteceſſum firmatis, in quas non ſolum quindecim Provinciarum, ſed, &, Hollandiæ, Zelandiæ, & ſocij ordines præſentibus imperii & Clivici ducis legatis (& hæc dum Johannes Auſtriacus adhuc agnoſceretur) ſolemni Sacramento devincti ſunt. Poſtquam vero res communis exegit ut ille hoſtis patriæ proclamaretur, varii libelli publicam lucem ſubierunt, &, inter eos duo, in quibus litteræ ab ordinibus ad regem decimo quarto Auguſti, & octavo ſeptembris anno ſeptuageſimo ſeptimo datæ, Johannem Auſtriacum fractæ pacis Gandavenſis arguentes leguntur, tamen, quod ordines nunquam à religionis Catholicæ amplexu avellerentur. Nihil præterea aliud loquuntur reſponſa Comiti Swartſenburgico Cæſareo oratori tradita, Omneſque tractatus, qui toties inter Imperatoriam Majeſtatem, & Belgas ferbuêre. Talia promittit oratio ab ordinum legatis nuper in conſeſſu Wormacienſium comitiorum recitata. Imo cum aliquando quædam machinæ, &, molimina contra Catholicæ fidei integritatem hic intentarentur, extemplo nova conſtitutio eorum temeritatem compeſcuit ac inter alia omnibus ſubditis, officialibus, & clericis Gandavenſis unionis obſervantiam, eamque nunquam à ſe violatum iri, ut juramento aſſererent, impoſuit, quid! quod proximo decimo Januarij Archidux, & Auriacus ſacrâ divini nominis invocatione

ione animam ſuam pro defendendâ hac pacificatione ublicè ante Curiam Bruxellenſem oppignoraverint, xpreſſitque Auriacus ſpeciali emphaſi, ſe ſuas actiones onformaturum juxta regulas pacis, & ſingulariter ad extum dicti quarti articuli, eadem ratione ſignatis abulis recepit Auriacus, antequam Bruxellas ingrederetur, nullâ unquam diſſimulatione præteriturum injurias, quibus Romanæ Catholicæ religionis ſalus conſternaretur, hac quoque promiſſa repetiit, dum dato acceptoque Sacramento Brabantiæ Ruardus inauguraretur. Quapropter ut Bruxellenſis civitas vacua & immunis a tali concionalium turbarum genere haberetur obnixè ac unicè efflagitavêre optimates. Verum hæretici ad arma mox reſpexêre, Catholicisque leges ex arbitrio præſcripſêre, quibus obniti, niſi cùm reipublicæ detrimento non poterant.

SECTIO XII.

HÆc ſectariorum perjura pravitas, non Hollandiæ nec Brabantiæ limitibus ſe cohiberi paſſa eſt, tranſiliit illa quoque ad reliquas Provincias, imprimis Geldriam.

Multi enim, ibidem hæreticorum ſuſurris ſeducti, tam ex patriæ ordinibus quam aliis, Johannem Naſſovium ád Provinciæ regimen ex Germaniâ allexerant, aſt illi adverſabatur Provinciæ quondam Gubernator Comes Bergenſis; ut itaque Naſſovius & hunc, & Catholicos, & Gandavenſis unionis conventiones, uno telo jugularet, Catholicis Magiſtratibus, &, of-

ficialibus abrogatis Geuſios ſubſtituit, & multos inſignes viros ſub prætextu quod regiorum conſpirationi ſtuderent, dignitatibus & fortunis mulctat. *Catholici mutuo, ſumo verba Reydani Calviniani Hiſtorici* (a) *ſeriâ conteſtatione pro jure, pro pace Gandavenſi, pro ſuâ cauſâ ſtant, abripiuntur ideo in furorem Reformati, omniaque ſacraria templa, & , delubra ſibi, ſuæque religioni occupant* (proſequitur deinde) *hæc genuina ratio eſt, quod per omnes pœne Provincias inter utriuſque religionis ſocios ſimultatis, & , diffidentiæ diverſa argumenta ſint oborta. Hactenus etenim & una & altera ſecta Hiſpanos unanimi & concordi odio condemnaverat, libertatemque & privilegia pro virili tuebatur, tempore Albani quando Catholici facultates ſuas expromere cogebantur ad Bellum Hollandis Zelandiſque ciendum adversâ Hiſpanienſium fortunâ triumphabant, ſecundæ ingemiſcebant. verum poſt gandavenſem pacem civis civem mutuo metu preſſit, crebro arma armis retuſa, ita ut victor ſuccumbentem extra patriam ejiceret. Aſt Catholicorum cauſa deteriori loco erat, nam ſuperantibus Hiſpanis eorum fortuna, præcellentibus vero ordinibus eorum religio cadebat.* hucuſque Reydanus, cui conſonat Johannes Sandæus magnus Geuſiorum propugnator (*b*) Hooftius ingenuè (*c*) fatetur quod Eccleſiæ in Geldrienſi civitate non tantum à Calvinianiſ inſeſſæ ſint, verum ruri, & pagatim inhibitum Sacerdotibus ſacris operari, & quod Wachtendoncæ, Stralenæ,

(a) *Lib* 2. *Belg. Hiſtor.*
(b) *Lib.* 1 *fol*, 13. *Hiſtoriâ belgicâ.*
(c) *d. Hiſtor. lib.* 14.

næ, Venloæ, Zutphaniæ, Druſiburgi Dotechomii Arnhemii Catholici omnibus Sacrariis & cœnobiis nt amandati, *Nec divina nec humana jura* (notate uthoris Calviniani verba) *imo nec ſumma concordiæ eceſſitas tantum fœdifragium permittebant, quicunque amen diſſuadendo ab eo Geuſios dimovere parabat, Papiſtæ & proditoris encomio notabatur, ut illotioris quiſpiam erat oris, fidelior Patriæ & religionis propugnator exiſtimabatur, ad quæ omnia connivebat Naſſovius*,

Uytenbogartius quoque ſæpe repetitâ Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ (*a*) teſtatur quod in Septembri anno ſeptuageſimo octavo comitia Arnhemium conſcripta ſint, eo Naſſovius Reformatorum libellos ordinibus præſentatos, & ſubſecutæ religioſæ pacis capita deſtinat, commendans, ut de ejuſdem acceptandis ſtatuerent. Verum Geldri reſpondêre, quod pacificatio Gandavenſis, ſubſecuta unio, aliique contractus, & promiſſa omnem novitatem circa religionis decreta excluderent, imo quod eorum conſcientiæ continuis ſtimulis fatigarentur ad ea emendanda, quæ in plurimis Geldriæ urbibus & territoriis perperam erant introducta, de particularibus vero civitatum querimoniis videatur Borrius (*b*) interim Atrebates, Hannoneſque militem legendo, ſolita tributa denegando, oppida intercipiendo, evidentiores deſciſcendi ſuſpiciones indies produnt, id quod generales ordines Antwerpiæ coactos variis diſcriminibus anxios habuit, expeditiſſimum

(*a*) *Part. 3. verſu Graeff Johan van Naſſau.*
(b) *Hiſtor. belgica lib. 12. ad annum* 1578.

mum viſum, nutantes vacillanteſque ornatiſſimâ legatione ad ſocietatem revocare, quæ eo dirigitur, ac magnâ argumentorum pompâ omnia, quæ animo in hanc partem ſollicitare poſſent, proponuntur. Verum Hannones juſto toties concultatæ religionis dolore tacti excandeſcunt, negantes ſuam ſe cauſam à communione ſegregaſſe. Gandavenſe fœdus quod ſanctè cuſtoditèque obſervaverant, normam delineare, cui publica concordia inſiſteret, eos perjurii & temerati Sacramenti eſſe redarguendos, ad officiumque cogendos, qui profligatâ patrum religione & ſanctimonia Rempublicam hæreticis & perditis hominibus prodiderant.

Replicant ordines tertio Martij anno ſeptuageſimo nono ſupra ſeſquimilleſimum, ſibi fixum ſtatutumque eſſe Gandavenſi tractatui inhærere, exiſtimantes, quod indulgentia, quâ Calvinianorum miniſteria utcunque ferebant, eundem non debilitaret: hæc declaratio Hannonum animos acerbius irritavit, cum elati præfractique ordinum ſpiritus in fovendâ defendendâque hæreſi exinde cumulatè emicarent.

Auriacus ab hac parte non exiguis ſubſidiis privatus aliam fabam Ultrajecti cudebat, Ultrajectinam, videlicet unionem, à cujus memoriâ unitarum Provinciarum nomen progenitum eſt. Conſtat illa viginti ſex capitibus, quibus Hollandi Zelandi, Ultrajectini, & Friſones inter Amiſin & Lavicam vigeſimo nono Januarij anno ſeptuageſimo nono ſupra ſeſquimilleſimum ſubſignavêre, ſecutæ ſunt deinde aliæ civitates, ut Antwerpia, Gandavum, & paſſim aliæ, atque

aliæ

liæ conditiones, quibus de religione diſponitur, duobus potiſſimum articulis proſtant, decimo tertio dictum: *In negotio religionis, Hollandi & Zelandi ex ſuâ decernent ſententiâ, reliquæ Provinciæ ſe attemperent ſanctionibus nuper religioni præſcriptis, aut ita arbitrabuntur ut ad ſtatus cujuſlibet proſperitatem conducere videbitur, circa hanc conſtitutionem aliis Provinciis non patebit facultas quicquam innovandi aut detrahendi. Eâ tamen lege ut unicuique integrum ſit, ſecundum religionem ſuam liberè vivere, ita ut nemo eâ de causâ capturâ aut ſupplicio afficiatur*, hunc inſuper articulum Calend. Februarii ordines ipſi ita expoſuerunt: *Suam hac in ſanctione mentem non eſſe aliquam Provinciam aut urbem, quæ nullam aliam præter Catholicam religionem profitetur, aut admittere vult, ab hoc fœdere excludere, ſed ſe eſſe paratos eas in unionem cooptare modo reliquis conditionibus ſubſcribant, & ſe bonos fideleſque cives præſtent, etenim Provincias, &, urbes eo non collimare, ut una alteri leges præſcribat quibus religioni moderetur; idque ut omnis anſa & occaſio controverſiarum & ſeditionum averruncetur.* Articulo decimo quarto *religioſis & Eccleſiaſticis poſſeſſiones & patrimonia juxta pacem Gandavenſem reſtituuntur ubicunque illa reperiuntur, ſimiliter, & his qui ob bellorum in Hollandiâ & Zelandiâ geſtorum ſævitiam Monaſteria ſua deſeruerunt, honeſtum aſſignabitur alimentum, ut & illis, qui aliis de cauſis eiſdem valedixerunt; ſi qui tamen poſt hoc fœdus monaſteria ingrediantur, quæ deinde derelinquunt, nullum talibus debebitur alimonium,*

nium, ſolummodo permittitur ut exportent, quod co- ventui contulerunt. Qui vero modo in monaſteriis de- gunt, aut impoſterum intrabunt, omnimodâ religionis habitus libertate perfruentur, ſuiſque præſidibus & ſu- perioribus obtemperabunt. Hactenus Provinciæ urbes in quibus juxta noviſſima pacta & Auriaci ſatiſ- factiones Catholica Romana religio dominabatur ſacrorum curam utcunque habuerant, verum pauliſpe ante, &c, poſt celebratam unionem tot flagitioſiſſi- morum hominum concuſſionibus & tumultibus pul- ſatæ ſunt, ut tandem cedere, & avitas patrum cære- monias abdicare debuerint. Weſopiam venit Barde- ſius Geuſiorum Amſterodamenſium conſul, qu conglobatâ & armatâ factioſorum multitudine in tem pla irruit, obſiſtenteſque ſcabinos, &, Secretarium Gandavenſis fœderis & Auriacæ ſatiſfactionis ſtipu- lationes in os ei protendentem urbe extrudit, ac dein Parochum cum clero ignominioſiſſimis proſciſſu ſcommatibus eâdem viâ ablegat. Leovardiæ in Friſi acceptarant optimates & municipes pacem religioſam jamque pactum intercedebat quo Jacobitarum cœno- bium Calviniani juris efficiebatur, verum mox perju in reliqua urbis ſacraria debacchantur, proſtratiſqu Romanæ Eccleſiæ cultibus & ſtatuis Genevenſe Evan- gelium enunciant, nequicquam authoritatem ſuam opponente Comite Rennenburgico Friſiæ Guberna- tore qui tum ordinum nomine abſens Daventrien obſidioni inſtabat. In Zelandiâ Goeſanæ civitatis cle- ro, Magiſtratibus, & incolis, ea, quam à Princip Auriaco per leges Gandavenſis pacificationis poſtula- ran

rant, cautio erat attributa; ne ulla alia, præter Romanam Catholicam, toleraretur religio, ut ſupra audivimus. poſt pacem religioſam publicatam exigunt Calviniani Cœnobium aliquod in uſum ſuorum miniſteriorum: reponit Magiſtratus id non ſuæ facultatis ſed Auriaci eſſe, qui legem dixerat, verum dum inter ſe controvertuntur, Vliſſingâ advolant conſiſtoriales, & turbantibus turbatiſque ſeſe ingerunt, ac interim per ſceleris ſocios profanationem direptionemque ſacrorum per omnia urbis templa procurant, Cui facto a ſcabinis conſenſum, ab æditue claves Cathedralis Eccleſiæ impetrant, & eodem adhuc die concionibus ſuis initiantur. Hæc fere, antequam Ultrajectina unio innoteſceret, patrabantur, poſtquam vero illa nomine, viribus, ac Patronis valuit, prolabuntur Geuſii tantâ ſecuritate in ſacrilegia & perjuria, quaſi illa fidelitatis, & impietas juſtitiæ naturam mutatis originibus induiſſent. In ipſa Ultrajectinâ civitate, ubi conſilia & confeſſus uniſtarum calebant, templa ſpoliata ac fœdata ſunt (*a*) In Februario anno ſeptuageſimo nono inſunditur plebs Neomagenſis reiterato impetu in ſacram divi Johannis ædem, ubi nihil ab ipſius furore integrum aut reliquum præſervatur (*b*) Gandavenſes per eoſdem dies ejectis rurſus clericis, & ſacris Calviniſmum ab omni parte firmavere. Vigeſimo octavo Maij Dominicæ Aſcenſionis feſto conturbatur Antwerpiæ ſupplicatio, quam Archidux & alii proce-

(a) *Metrius Hiſtor. Belgicâ lib.* 9. *ad annum* 1579.
(b) *Michael Aitingerus in Leone Belgico ad annum* 1579. *fol.*299.

proceres & optimates ſuâ præſentiâ ornabant, procedentium Catholicorum agmen in templum compingitur, omneſque aditus à Calvinianis obſtruuntur, ad rixam componendam accurrit Auriacus, verum gliſcit horror & clamor diris ſtridoribus & vociferationibus intonantium, apage Monachos, &, idololatrarum myſtas, abeant in malam crucem, ac civitatem ſuis ſordibus evacuent, ipſemet Archidux ægre & non ſine manifeſto vitæ diſcrimine expeditur, alii tandem latibulis aut templo extracti cymbiſque impoſiti patriâ, Eccleſiis, beneficiis ac pœne ipſa luce privantur. Hoc exemplum ſectarios quoque Mechliniæ in ſenatum & Clerum commovit, ubi diverſa (Geuſicæ ſcilicet) patientiæ edidêre ſpecimina. Tornaci, Brugis, Trajecti ad Moſam idem perpeſſi ſunt Eccleſiaſtici qui ex urbibus exulare juſſi, alibi honeſtimos ſacerdotes alibi dignitate inſignes nobiles & cives exilii habuerunt comites, quorum abſceſſu quantum Catholica res illico cecidit, tantum graſſari cœpit præcipiti ubique gradu hæreſis.

Hæc tam proterva ſæviendi, peierandique libido omnem in Hannonienſibus & Atrebatis diutius fluctuandi moram fregit, eoſque in Hiſpanos pronos penduloſque omnino reddidit, & quoniam liquidis indiciis intellectum, quod Geuſica arrogantia magnatum aliquorum ſuggeſtionibus adjuvabatur, alii quoque proceres, quibus omnis religionis ſenſus nondum obſurduerat, ad regem veſtigia reflexêre, eique reconciliantur.

Cæterum Hannones aliique hujus concordiæ ſocii, ut

ut neceſſitatem, quâ eos religio ad ſecedendum impellebat, orbi Chriſtiano approbarent, publico iterum calamo repetunt (a) *Auriacum Principem cum ab illis reciperetur, ſolemni Sacramento fidem devoviſſe, neque ſe, neque alium quemvis ex Hollandiæ aut Zelandiæ Provincialibus, contra pacem, ac præcipuè adverſus Romanam Catholicam Religionem quicquam attentaturum, quinpotius & ipſe & ſui omnes concordi opera concurrerent, ad dirigendam ultionem contra eos qui in contrarium eniterentur, idipſum Orangicum quoque pollicitum, dum Matthiæ Archiducis vicarius conſtitueretur, quæ omnia tam manifeſta erant, ut nullius conſcientiam fallerent, maxime cum ſeptemdecim Provinciarum ordines eadem ſingulis Belgii civitatibus inculcando perſuaſerint, & ad imperatorem, Reginam Matrem, & Reges Galliæ, Portugalliæ, totiuſque Europæ, duces Sabaudiæ, Lotharingiæ, Cliviæ, Guiſios, & alios Principes publicis legationibus aut litteris detulerint, & tamen, quod paucis poſtmodum ſeptimanis hæreticorum ſordidiſſimi ab Auriaco ſubmiſſi contra datam fidem, honorem, ac juramentum ſeſe per omnes fere Belgij Provincias diſperſerint, qui tanto furore ſanctam religionem aggrediebantur, ut uno repente impetu cernere eſſet, fugatos, aut mactatos religioſos, ſacras virgines conſtupratas, profanata templa, & altaria, conculcata Sacramenta, ipſi etiam cœleſtis panis myſterio ſcelerate illuſum, everſa monaſteria, Eccleſias, Abbatias, direptis theſauris ac Proventibus ſquallere,* quibus

G

(a) *Recuel des lettres actes & faicts en la Ville d'Aras imprimé a doway par Jean Bogard.*

Digitized by Google

quibus horrendis, ac, intolerandis facinoribus perſpicuum fecerunt, quod Sanctam matrem Eccleſiam, ejuſque fidem, ac, cæremonias, univerſam nobilitatem, & reipublicæ formam abolitam & exſtirpatam deſiderarent, idcirco legitimis votis electos Magiſtratus deturbare, eorum ſubſellia hæreticis, ſeditioſis, ac ſibi non imparibus ſociis implere, in vincula primæ amplitudinis utriuſque ſexus nobiles, Epiſcopos, prælatos, anteceſſores, &, conſiliarios rapere, ex quibus plurimos variis cruciatibus ſine ullo juris aut judiciorum ordine exſtinguere non erubuerunt.

SECTIO XIII.

Has rationes quilibet magni faciet, modo à paſſionibus tranſverſus non auferatur: Eas tamen majoris momenti eſſe credidero, quibus Catholica Belgarum poſteritas poſt acceptatam ſubſignatamque Ultrajectinam unionem, merito inſectatur perfidiam Calvinianorum, horum enim hominum furor extra omnes humanitatis limites uſque adeo evagatus eſt, ut non tantùm Catholicos, quoties ad commune fœdus provocabant, ſibilis exceperint, verum proprios etiam ſodales, quod ejus obſervantiam propugnarent perduellionis & læſæ Majeſtatis inſimularint, ſenſit hos aculeos ante annos aliquot Barneveltius, dum Petrus Holder Evangelii Pſeudominiſter in eum hiſce verbis invehitur: *Profecto ſi Unio Ultrajectina ſervanda ſit ut tu urges Barnevelti, tunc omnes Papiſtæ triumphabunt, qui liberrimè tunc omnes ſuas miſſas facere poterunt, imò*

ſi

ſi articulus 13. *ſervari debeat, omnes Monachi revocandi ſunt in omnes fœderatas Provincias, omniaque Eccleſiaſtica bona & monaſteria illis reſtituenda. Domini mei ſtatus videte, quo ruat ille cum ſuo arminianiſmo, nonne ſunt hæc conſilia Hiſpanica, & excitationes luporum dormientium?* Hæc eſt religio pactorum, hæc eſt ſanctitas fidei, hæc eſt fœderum obligatio, qua hoc infauſtum mortalium genus ſe Catholicis devinctum arbitratur; non me latent argumenta, quibus ſuam impudentiam obtegere aut involvere conantur, verum cum mera aranearum tela ſint, quibus, & ipſimet ſtrangulantur, exſpectent Catholici, donec Calviniani Synedri ea ex profeſſo in publicum extulerint, ut preſſo pede excutiantur, ipſorumque facinora nuda, implumia, ac Chriſtianis erubeſcenda toti mundo inclareſcant.

Hiſtoriæ interim ſucceſſio me compellit, ut de Colonienſi tractatu (qui jam ab ineunte Majo anno ſeptuageſimo nono initium ceperat) deque illis quæ ſuper religione ibidem actitata ſint, diſſeram.

Hiſpanienſium Oratorum propoſitiones primo congreſſu nec Cæſareis nec Ordinum delegatis placuere, ex illis autem, quæ ipſi ordinum deputati exprompſere eluxit, quam contumaciter eorum medullis hæreſis infixa radices egerat, dum immemores ſe Imperatori noviſſime declaraſſe, quod juxta ipſorum judicium nulla alia niſi Catholica religio Belgis conſentanea foret, affirmant Provincialium ſalutem requirere ut reformatæ profeſſionis cultus, ubicunque locorum exerceri cæpti, ſine cujuſquam noxâ continuandi

ſint; imperatorii legati ejuſmodi tandem conditiones proponunt, quæ pactionibus & fœderibus inter Catholicos, & Calvinianos contractis pœne adæquabantur. Videlicet quod in Hollandiâ, Zelandiâ, *Bommeliâ pacis Gandavenſis diſpoſitio religionem ejuſque libertatem & munia gubernaret, dummodo in urbes, quæ pacificationis tempore nullam niſi Catholicæ Romanæ fidei profeſſionem amplexæ fuerant, eadem reduceretur, in cœteris Catholica quoque præſideret, cuncta tamen attemperarentur conditionibus, quas unio Bruxellenſis nono Januarij anno ſeptuageſimo ſeptimo, & perpetuum edictum decimo ſeptimo ejuſdem menſis & anni, inter Provincias ſtabilitum proponunt. omnia denique interdicta, &, Sanctiones contra ſectarios eorumque errores emiſſa ſilerent, ac ipſis erronibus liceret ſecurè, & abſque metu ſtatutorum in urbibus & ruri degere, eo uſque, donec ordinum concilium tuto loco, & idoneo tempore à rege convocandum de conſtitutionum moderamine determinaret.* Amplectuntur Hiſpani tam æquas conditiones, ordines vero (ut diximus) hæreticorum factiones animarum ſaluti prætulerunt, quare plurimi etiam ex ipſis ſtatuum legatis tam præfractâ obſtinatione in tuendâ hæreſi à partibus, quas defenderant averſi, ſuamque damnantes veſaniam, regis gratiam, quibus poterant interceſſoribus recollegerunt, cæteri vero re infectâ, unde venerant, rediêre.

Colloquii Colonienſis felicioris exitus ſpe, civitatum quam plurimæ unionis Ultrajectinæ jugum hactenus detrectaverant, inter, quas Amerſſurtum, pieta-

pietatis & Orthodoxæ fidei nobilitate clariſſimum oppidum, Ultrajectini ejus vicini ſe, ſuaque fœdera ſperni malignè interpretati, obſident, expugnantque ope Geldrorum civitatem, inter conditiones tamen deditionis, Principem locum tenet libertas & tutela Religionis Romano Catholicæ, crux quoque in foro excitatur, ex quâ pœnas luerent qui in Catholicos inſoleſcerent. Nempè priapus ficulneus.

Furum, aviumque
Maxima formido

Nam poſtero die contra conventa, mutatur ſenatus, & libertas Catholicæ religionis pœne ſuffocatur, quæ ſubſequenti nono Junii anno ſeptuageſimo nono tota ſtrangulatur, ad horum æmulationem Ultrajectini ſtatuarum & imaginum reliquias nuper reſtauratas, aut quibus ſuperiores iconoclaſtæ pepercerant, proſternunt, multoſque Catholicos ſolum ſolemque mutare compellunt. Aſt decimo quinto ejuſdem menſis, novo glutinamento inter Catholicos & Sectarios his legibus pax conſolidatur: *Omnium injuriarum, diffamationum, & facinorum æterna vigeat amneſtia, Reformati in Minoritarum, divi Jacobi, Sanctæ Mariæ civilis, & Sancti Nicolai Eccleſiis ſuis vacent concionibus, &, miniſteriis, nulla illis alia profana, aut ſacra loca pateſcant; ſi tamen ſe pluribus indigere crediderint, Magiſtratui deſiderium ſuum exponent, qui pro rerum ac temporum ratione illis providebit, nulla tamen templa aut ſacraria, quibus Catholici modo utuntur indulgebuntur. Reformati ritu ſuo connubia jungent, nec Pontificis Romani diſpenſatione in gradibus prohibitis*

opus habebunt. Ut pax inturbida, &, quies perennis ſit tam unius, quam alterius profeſſionis miniſtris, clericis & laicis cujuſcunque ordinis, gradus aut dignitatis inhibitum, offendiculum, impedimentum, vel obſtaculum creare exercitiis, cœremoniis aut cultibus alterutrius religionis, nulla templa, ſacella, aræ, ſtatuæ evertantur, comminuantur aut fœdentur, utriuſque ſexus Eccleſiaſticis jura & actiones ad decimas locationumque pretia percipienda integræ & inviolabiles perdurent, nec unus alterum rixis, dehoneſtamentis, aut conviciis laceſſat. Reformati Catholicorum feſta obſervent, aut non niſi clauſis foribus laborent; nemini religio obſtabit aut exprobrabitur in capeſſendo, aut exercendo Magiſtratu vel alio cujuſcunque ſortis munere. Nullus à publicis elemoſynarum diſtributionibus ob religionem removeatur, prætor, Conſules, Scabini, & tribuni plebis utriuſque religionis conſortes cum clericis & Eccleſiaſticis utriuſque ſexus, in ſingularem protectionem & tutelam complectuntur, ſpondentque, & ſub Sacramento (quo primo Magiſtratuum ingreſſu obligabantur) ſancte deierant quod hos eorumque bona, templa, & facultates cuſtodient, illis ſuccurrent, & protegent contra quoſcunque, cujus ſectæ, aut profeſſionis fuerint qui vi aperta, inſidiis, aut contumeliis eorum corporibus, patrimoniis aut commodis officere tentaverint. Quod ſi autem aliquando eveniat, ut Ultrajectinæ Civitatis incolæ Eccleſiaſticos aut eorum aliquos non diutius in Republica ſufferant, eis ſua bona, fructus, decimæ, reditus & cenſus tam beneficiorum quam patrimoniorum extra civitatem & Juriſdictionem Ultrajectinam ſuggerentur.

tur. Quis ſalvâ fronte concipere poſſet? quod concordia tot vinculis, tot devotionibus ferruminata integro ſæculo non conſiſteret? Verum Geuſii divino numini (ſin ullum habeant ut quondam de perfidis (*a*) pœnis ambigebant Romani) brevi impoſuerunt nam ſeptimo Maii ſequentis anni in Romana delubra, fana, & cœnobia recollectâ rabie irruunt, eadem funditus profligantes, imo erectis ſignis, mulctâque indictâ tam Catholicis quam ſectariis, qui tam inſignibus velitationibus abſtinerent: promiſcuum vulgus ad nefandam patrandorum ſcelerum licentiam aut impellunt, aut invitant, franguntur, lacerantur, conculcantur varia, &, eximia antiquitatis monumenta, picturæ, & omnis generis ſacra ſuppellex rogiſque (quos luculentos ante templorum fores ſtruxerant) conſecrantur. Deinde vicatim, &, oſtiatim Catholicorum penetralia & tabernas perveſtigant, ſi quid Eccleſiaſticum aut clericale deliteſceret, modo quiſpiam ſuſpectatus, fuſtibus & plagis in ejus tergum agitabant, vidiſſes paſſim ambuſta ſtatuarum capita, pedes crura, pectora, altarium pallas, ſyrmata, aliaque templorum ornamenta ædibus evelli, conſpurcari, per fora, plateas & cœnum raptari, pedibus, unguibus, dentibus dilaniari, rodi, & diſſipari, ita ut hoc uno prælio plures imagines, quam toto bello hoſtes confecerint. Catholici, qui furiis litare renuebant, mulctamque non gravatè ſubibant, indigniſſimis contumeliis exponebantur; Calvinianorum autem plurimi ſuos Aſcanios ambabus manibus implicitos ad

(a) *Livius Hiſtor. decad. 3. lib. 10.*

tam nobile ſpectaculum alacres abripiebant, ut poſteritas, tantis, ſcilicet, virtutibus & meritis ſe dignam aliquando exhiberet, quod mehercule cum Catholicorum ſtrage cumulate præſtitit. Cæterùm pars ſanior Magiſtratus cum quinque Capitulorum delegatis Auriaco Amſterodami exiſtenti ſeſe purgant, quod ſubitæ tempeſtati occurrere, eamque ſedare non potuiſſent, rogantque, ut Principis authoritate ad normam conventuum ſuperioris anni, ſacra reſtabilirentur. verum Principi placuit plurima iterum Catholicis ſubducere, dum vigeſimo tertio Martii in hunc ſenſum reſcribit: *Quandoquidem nobis a quinque Eccleſiarum, Nobilium, & urbani Magiſtratus deputatis, turbæ & concuſſiones, quibus Ultrajectinæ civitatis ſtatus ſeptimo hujus menſis quaſſatus fuit, expoſitæ ſint, cum aliqui nullo Magiſtratuum juſſu in templa, quæ functionibus Romano Catholicis debebantur, irruere, ſtatuas, aras, & alios ornatus diſſicere & profligare, non dubitarunt, id quod diverſis tranſactionibus ac imprimis religionis paci, decimo quinto Junii anno ſeptuageſimo nono promulgatæ contradicit, experti quoque ſumus, quam magno tales rerumpublicarum convulſiones ſtatui conſtant, præſertim cùm Catholici dictæ religioſæ paci cuſtodiendæ non defecerint, eamque inviolatâ ſinceritate excoluerint, atque offerant ſe nullatenus interceſſuros pro illis, qui hoſtilia meditari convincentur. Idcirco auditis examinatiſque rationibus mandamus, ut Catholicis, eorumque ſacris ſanctæ Gertrudis, &, Dominicanorum eccleſiæ preſerventur, obſeratis omnibus aliis templis, & Monaſteriis ſuſpenſiſque decretis quæ*

in

in emolumontum clericalium perſonarum, patrimoniorum, aut, beneficiorum conventa erant, donec ſtatuum generalium deciſione aliter dijudicabitur. Addit Hoofftius (*a*) Auriacum ad Tribunos plebis miſiſſe adhortatoriam epiſtolam, ut hujus reſcripti executione infamiæ labem ab expurgatæ religionis puritate conarentur deflectere, quâ illa ob toties neglectos contractus & rupta fœdera inficiebatur. Borrius (*b*) agnoſcit, pronunciatque Catholicos liberos ab omni ſuſpicione nutantis in hoſtem fidei, & tamen decimo octavo ſub ſequentis Junii, anno Octuagesimo ſupra milleſimum quingenteſimum ſacerdotibus divini ſacrificii Catholicorumque myſteriorum functionibus in hanc formam interdicitur: *Gubernator, prætor, Conſules & Scabini interveniente reliquo Magiſtratus collegio edicunt, nulli ſacerdoti aut clerico licitum eſſe in urbe aut juriſdictione Ultrajectinâ Catholicam religionem aut illa, quæ eidem conjuncta, directe vel indirecte exercere ſub pœnâ confiſcationis beneficiorum aut munerum; & quibus talia non adſunt, ſub multa decem florenorum idque perfunctoriâ proviſione, donec aliter à ſuâ Excellentiâ & Patriæ ordinibus ſtatutum fuerit. Inhibetur quoque generaliter & ſpecialiter omnibus Eccleſiaſticis tam clericis, quam aliis, maſculis & fœminis in publicum procedere veſtitos indumentis, quæ clericalia, aut, Profeſſionalia appellantur, ſub amiſſionis veſtium pœnâ: omnibus denique virilium, fœmineorumque*

(a) *Hiſtoria Belgica lib.* 16.
(b) *Dicta Hiſtoriâ lib*: 14. *verſu hoewel daer van int minſte niet en bleeck pag.* 190.

rumque ſolitariorum patribus & matribus injungitur ut ſuis alumnis perfrui ſinant eâ libertate, ſi deſiderent, quâ illos noviſſima unio & pax religioſa impertivit, concluſum quoque eſt, *ut* (a)*pupillari juventuti in Orphanotrophiis inſtillarentur inſtituta repurgatæ doctrinæ, Majus gymnaſium juxta mentem Johannis Arcerii quondam ſcholaſtici muneris candidati reformaretur, ac tres aut quatuor ſtudioſi in Reformatæ religionis Academiâ, educarentur, ut aliquando adminiſtrationibus Evangelicis apti deſervirent.* Ita inaudita metamorphoſi verſa & immutata eſt Ultrajectinæ reipublicæ & Eccleſiæ facies, poſtquam aliquot ſæculis ſibi & religioni firma conſtiterat.

SECTIO XIV.

INter urbes, quæ unioni manus dare refugiebant, erat etiam Brugenſis, Catholici enim propugnabant nullam fidem unioniſtis poſſe tuto attribui, poſteaquam in urbe, quâ illa conflata erat, ſectariis tam vilis fuerat, ut calentibus ad huc congreſſibus ejiciendo Romanos myſtas cum ſuis cultibus & ritibus ab unione ſeſe extricare & in libertatem (hoc nomine Catholicorum oppreſſio depingebatur) vendicare non ceſſarint.

Deſignantur tandem arbitri & cognitores, qui Catholicorum Calvinianorumque querimonias, & ſi quid peccaretur contra pacta, audirent, & ex unionis

(a) *Borrius d. lib.* 14. *pag. verſ.* 189. *hoc decretum eſſe de* 7. *Martii exiſtimat.*

nis præſcripto corrigerent; quam religiosè hi impoſitam provinciam ſuſtinuerint, exponent nobis Zutphanienſes Catholici, quorum ſacra, contra pacta à præſidiariis Sonoianis iterum devaſtata, Magiſtratus deturbati, & templa occluſa erant. Injungitur Sonoio ab arbitris, ut perturbatores plecteret; reponit ille quod immutatis quibuſdam ex ſcabinis, & aliis novo Sacramento obligatis, viſum fuerit ob urgentes conjecturas (quas tamen non exprimit) Catholicorum miſſas ex Cathedrali Eccleſiâ in novæ civitatis fana transferre, ſtatuas quidem aliquas fuiſſe amotas, ſed cum id Magiſtratus decreto confectum ſit, pœnam non commereri, licet amotioni aliqua ruditas fuiſſet intermixta, cum per milites patrari debuiſſet, urbanis mercenariis nimiâ mollitie peccantibus. Ita hoc crimen non tantum elevatur, ſed judicibus abunde ſatisfit, quapropter Hattemii & Campis eadem audent ſcelerati, ac tam deteſtandæ apud bonos ignominiæ inſordeſcunt, ut Friſiæ Tranſyſulaniæque pro ordinibus vicariûs comes Rennenburgicus frequentibus litteris denunciarit, ſibi vim non ſupereſſe continendi præfecturæ ſuæ oppida, in unionis Ultrajectinæ concordiâ, aut immorigera ad eam adducendi, niſi arbitri ſedulo caverent ne toties jurata conventa diſſolverentur. Hiſce ad exitum anni ſeptuageſimi noni feſtinamus, quomodo enim Embiſiani toto tempore in Flandros Catholicos inſultarint, ut Sylvæducis aliiſque in urbibus Romanæ profeſſionis municipes pro fœderibus, ſectarii è contra decertarint, latius aperire non eſt animus; quoniam hæc tot anfractibus implicita

ſunt,

ſunt, ut calamum citius quam hæreticorum contumaciam delaſſarent.

Rennenbergicus comes tot exemplis edoctus, quod ordines eorumque præfecti & Conſiliarii præfractos & obſtinatos ſpiritus de promovendâ hæreſi, ac veteri religione opprimendâ nunquam depoſituri eſſent, & quod illud malum nullis juramentorum promiſſionum, contractuum, fœderum, aut tranſactionum vinculis, aut fidei impenſæ, vel pudoris proſtituendi repagulis ſiſti poſſet, tandem Groeningæ Deo, Regi, & Patriæ poſtiliminio reſtituitur.

Vicinarum Provinciarum hæretici hujus rei famâ perceptâ furere, ac tamquam œſtro perciti debacchari, & quem in homines ſtomachum non poterant, in ſacratas divino numini ſedes preſbiterorum & velatarum virginum aſceteria & ſacella fœdo rictu effundunt. Sævitum eſt Daventriæ, Swollæ, Campis & paſſim in pagis oppidis, arcibus & cœmiteriis, & ubique quo maleſanorum vecordia poterat pertingere.

S E C T I O XV.

Decimo quinto Martii anno octuageſimo ſupra ſeſquimilleſimum primam lucem aſpexit regis Hiſpaniæ contra Principem Auriacum proſcriptoria ſententia, accuſationes varii generis erant, plerumque in ingratitudinis, & perjurii objecta deſinentes, addendo, quod diſſimulando connivendoque facinoroſorum violentiam exaſperaverat, qui impune multos mortales (loquitur de Lumæo & Sonoio) neci dederant, &

cum

cum vim legum contra eos implorarent ordines, Principem pro refugio & aſylo illis fuiſſe, non tacebatur, quod legitimis Magiſtratibus obtritis conſiliorum ſuorum ſocios & miniſtros ſurrogaverit, & quod libertatem conſcientiæ, aut potius religionum chaos & confuſionem invexerat, mendicantiumque ordinum religioſos, Parochos, & poſtremò quoſcunque Catholicos eorumque Sacra edictis & pœnis expulerat.

Reſpondebat Auriacus religionis inverſæ crimen ſibi nullo jure adſcribi, cum frequenter talibus novitatibus ſeſe interpoſuiſſet, cæterum ſe agnoſcere quod primis bellorum initiis Provinciarum Ordines tam unius quam alterius profeſſionis uſum, & cœtus è re ſuâ interpretati fuerint; verum poſtquam obſervatum, rempublicam cum Romanenſium dogmatibus ſtare non poſſe, quia clerici Romano Pontifici fide addictâ mancipati, Sacramentum quod Patriæ debebant flocci penderent, ideoque eorum miſſas fuiſſe abolitas; ſine ratione tamen vim pactis fœderibuſque illatam objici, quoniam ea talibus hominibus ſervanda non eſſe, qui privilegiis inde emanantibus ad Patriam hoſtibus prodendam abuterentur, Gandavenſis concordiæ vincula ab illis primum diſrupta eſſe quibuſcum contracta. nec omittitur, Sacrorum immutationem invectam eſſe, quoniam Provincialibus conducebat, &, quia, hæc Gandavenſis tranſactio ordinum opus, &, fabrica erat, de qua tamquam de re ſua ex animi ſententiâ & arbitratu diſponere poterant, dicebatur tamen, inter eos qui Pontificiis cæremoniis dediti erant, plurimos quidem recenſeri,

cenſeri, qui boni civis aut ſtrenui militis officia expleverant, Reformatæ tamen religionis ſocios anteferendos utpote qui nunquam hoſtilibus inſidiis ſeſe permiſerant,

Habes hic, amice Lector rationum ſchema, quare toties labefactata publica jura, & gentis Belgicæ tandem exſtincta ſit libertas, quare religio, Proceres, ac tot boni cives dignitatibus, ſedibus ac patrimoniis ſint ejecti, ac, æterno exilio proſciſſâ omni ſpe condemnati; audi ulterius magni cenſoris ſententiam de hac Auriaci defenſione differentis quod omnino noſtro inſtituto congruere videtur: *(a)*

Non ſatis eſſe Auriacum aſſerere ſe ab Henrico ſecundo Francorum rege didiciſſe, jam ante exortas turbas Albanum Regis Hiſpaniarum nomine ſanguinaria conſilia ad opprimendos hæreticos agitaſſe: probandum id erat, nec Orangico in hac cauſâ, ut in propriâ credendum, maxime quod & ipſe in dictâ Apologiâ fateatur ſe jam tum à puero reformatæ (quam vocant) religioni faviſſe. Tum illud præſertim in quæſtionem venit, utra pars facto aliquo publico & notorio cauſam turbarum dederit, de quo ex toto decurſu horum annalium cenſeo judicandum hanc igitur reflexionem ſi quiſpiam noſtræ diſſertationi impenderit, corruent omnia gigantæa hæreticorum robora tamquam inanibus quiſquiliis conſiſtentia.

SECTIO

(a) *Haræi Annal. tumultuum Belgico: ad annum* 1580.

SECTIO XVI.

EOdem anno octuageſimo Archidux Auſtriæ Matthias perſonatos, quos hucuſque geſſerat titulos, vim obtinente Auriaco, dimittere ac earundem miſeriarum tœdio, quo Renenbergicus, & alii in Germaniam reverti parat. Aurangiani ut alium magnæ famæ Principem fabulæ imponerent, ducem Alenzonium Galliæ regis fratrem ad ſuſcipiendum imperium ſplendidis pollicitationibus expugnant. Dum autem dux inter alios ſermones Aldegontio Auriaci & ordinum legato pudendum Belgis Catholicæ religionis immerentis excidium exprobrat, eidem variè reſpondet & ſolatur Orangicus: *(a)*

Alenzonius itaque Provinciarum moderamini admovetur; & diſcedit Archidux ad fratrem imperatorem, plurimæ deinde deliberationes Antwerpiæ perſtrepere incipiunt de ejurando deponendoque Hiſpaniarum rege, contranituntur non pauci tam unius quam alterius religionis, inter alios reperiebatur Lutherani Evangelii miniſter, qui Woerdæ magno ardore è Cathedrâ in ejuſmodi attentatores fulminabat, illoſque divinæ & humanæ Majeſtatis reos proclamabat; quare Hollandicorum ordinum decreto ex templo pulſus & relegatus eſt.

In Novembri anno octuageſimo Antwerpiæ & Bruxellis, item aliis in urbibus Catholici acceptis à Cal-

(a) *De his Litteris videatur Michael ab Iſſelt ad annum* 1581. *&* *Haræus ad dictum ann.* 1580.

Digitized by Google

Calviniano Magiſtratu ſchedulis cauſam tamen non definientibus, ſtatuto die patriâ excedere jubentur, publico deinde proclamato cautum, ut, quicunque in præfatis urbibus non continuò triennio familiam aluerat ſarcinis exportatis alio migraret.

Vigeſimo tertio Aprilis anno octuageſimo primo. Nova iterum Bruxellis excitatur contra Catholicos tempeſtas. Erat in civitate divi Dominici ordinis religioſus, qui frequenti auditorio Catholicorum animos ad patientiam preces, & pia opera ſæpius inflammabat, & contra hæreticorum fraudes armabat, odio itaque à miniſtris & conſiſtorialibus habitus, ad Templium urbis Gubernatorem ſub ſeditioſi hominis & latrantis Moloſſi nomenciatione defertur, Templiuſque ardentibus votis ſollicitatur ut eum in exilium expelleret; Catholici autem qua pollent authoritate adurgent, ut ſuo prædicatori, cum nec contra Patriam, nec alium quemvis peccarat, tuto manere liceat. Calviniani igitur omnis moræ impatientes, armis in publicum prodeunt, & non ſolum hunc Monachum ſed, & reliquos cum clericis & Parochis civitate eliminandos contendunt, Catholici ſeſe ad defenſionem colligunt frendentes, quod nova perditorum hominum colluvies eos communi Patriâ excludere vellet, aſt honoratiſſimorum civium intercedente patrocinio jam adulto die emolliuntur diſcordes animi, & quilibet ad ſuam ſe familiam recipit, verum ſub ſolis occaſum pœnale edictum proponitur, quo poſterâ luce multi ex ſacrato ordine, urbe, ejuſque territorio proſcribuntur, dictatâ in eorum occultatores quoque mul-

ctâ;

ctâ, ac deinde primâ Maji alterum ſuperadditur ſtatutum, quo Catholicæ Eccleſiæ functiones pro tempore ſuſpenduntur non ſine (*a*) mendaciis, contumeliis, & Blaſphemiis, quibus hi magni legum ſancitores miraculoſo divini corporis & ſanguinis Dominici Sacramento, quod ab aliquot ſæculis ibidem colitur, illudunt. Dum id Antwerpiæ intellectum, amovent civiles tribus ſuas aras, & circa Junium ibidem Romanæ Legis Sacrificia ſeu publica ſeu privata ſub centum coronatorum pœnâ inhibentur, duobus ſolummodo ſacellis permiſſis in quibus Baptiſmus & matrimonium pontificio ritu acciperetur, inde paſſim majorum ſacra conculcata, & cultus ubique abrogati, alia Belgio facies ipſis non agnoſcenda incolis, certe deploranda inducta eſt, ac demum decimo octavo Junii expoſito Hagæcomitis edicto declaratur rex Hiſpaniæ Philippus, præfecturis & Dominiis Provinciarum illarum jure, & actionibus excidiſſe, ſublatæ regis imagines, dejecta inſignia, eraſa nomina, fracti ſignatorii annuli, ne quid nomine regis obſignaretur mandatum, & ejuſmodi jurisjurandi formula Magiſtratibus, officialibus, civibus, & cujuſcunque gradus, aut, ordinis hominibus præſcripta: *Cum rex Hiſpaniæ ſpreto juramento, quo tamquam Hollandiæ, Zelandiæ & Friſiæ comes eiſdem Provinciis incolis & ſubditis obligatus tenebatur, non tantum, non ſit eos tutatus ſed allaboraverit, & allaboret hoſce omni vi, & fraude æternæ ſervituti tradere & vitâ fortuniſque*

 denudare,

(a) *Recitat Borrius hoc edictum lib.* 16. *fol.* 23. *verſu hoewel dat.*

denudare, eapropter nobiles & civitates, Provinciarum ordines repræſentantes ad neceſſariam defenſionem pertinere cenſent, quod præfatum Hiſpaniæ regem abdicando ſubditos à præſtito ei homagio ſolutos & exemptos pronuncient, quare ego N: N. jurejurando atteſtor quod me penitus, ac ſepoſito omni ſcrupulo ab omni Sacramento, vinculo, & debito exemptum levatumque interpreter & exiſtimem, quo præfato Regi Hiſpaniæ, ut quondam Hollandiæ Zelandiæ & Friſiæ comiti fortaſſis devinctus fueram, ſpondeo & juro me comitatui Hollandiæ Zelandiæ & Friſiæ harum ſuperioribus & ordinibus obedientiam & opem contra hoſtes præſtiturum meque geſturum ut fidelem Provinciarum earumque Magiſtratuum ſubditum & civem decet.

Suprema deinde Curia hæc verba adjunxit, *quod jurans renunciaret ejuſmodi juramentis quæ in fraudem, aut perniciem Reformatæ religionis, ut illa in Hollandia frequentabatur unquam nuncupaverat.*

Hiſce peractis intendunt generales ordines ſuas ſollicitudines fovendo muniendoque recenti Principatui. Status Hollandiæ Amſterodami congregati Provinciæ oppida à Papiſmo (ut ajebant) variis conſtitutionibus expurgare moliuntur, eo confluunt Harlemenſes Catholici, libelloque ſupplice ut religio Catholica juxta Auriacam ſatisfactionem reſtauraretur, vel ad minimum ejus exercendę libertas in templis aut Monaſteriis nullis uſibus occupatis concederetur, flagitantes loco reſcripti annotantur ſupplices perduellionis, &, commotæ plebis rei, & à delegatis ſtatuum aculeatis dicteriis eorum aures perfricantur, nempe Catholicorum

manus

manus laborare prurigine civilium tumultuum, Dominos ſtatus ſuamque Excellentiam jam dudum ſciviſſe, quo ipſorum molitiones & conſilia vergerent, ſi ex legibus procederetur actum de ipſis eſſe, verum ordines conſtituiſſe gratiam rigori juſtitiæ præferre, ut igitur pœnas talibus delictis præfixas evitarent, & tamẽ aliquatenus ſatisfacerent, imperatum eſt ut ſuæ poſtulationi palam coram commiſſariis renunciarent & libellum lacerarent, quod lubentes ne viderentur cauſam, aut anſam motibus præbere, exſecuti ſunt, Notarius cujus operâ Catholici uſi fuerant in conſcribendo Libello, quia novellæ profeſſionis erat, cæteris confidentior aliquamdiu his & ſimilibus argumentis juſſui Commiſſariorum obluctabatur, Videlicet: *ſe non poſſe concipere quo fundamine ſua Excellentia, aut Domini ſtatus Catholicorum ſupplicationem ægre ferrent, etenim eum non latebat quod ſua Excellentia conjuratorum nobilium fœdus, oblationemque Libelli pro Libertate religionis inſtitutam laudarit, prout ex ipſius apologia de anno* 1568. *elucebat, in quo tamen res majoris momenti & periculoſioris aleæ verſabatur, nihil à Catholicis deſideratum, niſi libertas conſcientiæ, quare verba quæ in libello legebantur eo tendere, nec alii explicationi poſſe ſubjici, quæ profecto ad amuſſim cum verbis & intentione generalium ordinum, ſuæ Excellentiæ, Miniſtrorum Reformatorum &, cum ſuâ etiam conſcientiâ concinebant, pro explorato, enim habebat Tyrannidem, quâ Libertas ſentiendi quid velis coarctatur primas naturæ regulas evertere, illam eſſe originem, ex qua in Germaniam, Galliam & Belgium*

tot miſeriæ defluxêre, cui ſi via iterato aperiretur nihil ſe dubitare, quin in eas calamitates quibus jam pœne extricati erant, brevi revolverentur. Ut Harlemitæ, ita pari modo inſinuaverant ſuas querelas Amſterodamenſes Catholici, verum eorum preces diverſum, atque benigniorem, ſed riſu dignum exitum ſortiebantur; ad Hollandicæ enim Curiæ tribunal, ut ibidem jus, quod ex publicis ſponſionibus ſibi arrogabant, exponerent, dimittebantur, nam eodem die, quo hæc reſponſio datur, (auditum admiſſi riſum teneatis amici) videlicet vigeſimo Decembris anno octuageſimo primo ſub nomine Auriaci, Equeſtris ordinis, Hollandiæ & Weſtfriſiæ civitatum provenit edictum, quo libellorum ſeditioſorum impreſſio & venditio (videlicet hæ erant preces Catholicorum) ac Romanæ religionis exercitia qua publica, qua privata omnino tolluntur.

Decimo octavo Februarii anno octuageſimo ſecundo inauguratur dux Alenzonius magnâ Ludorum, feſtivorumque ignium celebritate, hic vaticinium Alexandri Parmenſis veriſſimum fuit gallico oratori Domino Bellevræo atteſtantis, (a) *ſe Alenzonii causâ dolere non habituri Orangicum fideliorem erga externum Principem, quam ſe adverſus regem, Dominumque ſuum præſtitiſſet, reſpiceret ad Archiducem Matthiam habitum ſtipitis loco magnifice ſuſtinentis titulum Belgii Gubernatoris & paria ipſe ſibi imaginaretur*, Dum enim reipublicæ, ac præcipue afflictæ religionis vulneribus medicinam præparat, & mul-

Strada. (a) *Strada decad 2. lib. 4.*

multis in locis Catholicis templa reſtitui curat, gliſcit contra eum nunquam reſtinguendum Calvinianorum odium, ita ut Imperatoris Rudolphi ad regem Galliæ legatus eo tempore cum Farneſio vaticinando conſpiraſſe videatur dum inquit: (*a*) *Alenzonius magnum ſe Catholicorum propugnatorem præfert, ex quo nonnulli non fore diuturnum in iis regionibus ejus imperium arbitrantur: quod diſſimilium non ſit fida ſocietas. Connivere quidem Catholicorum adverſarios præſentis ruinæ metu, ſed ubi periculum præterierit, in promptu fore mutationes. Optimam poſtremo partem exuviarum laturum Auriacum, Hollandiæ & Zelandiæ quietam poſſeſſionem.* Circa Martii initium poſtulat dux, ut Antwerpiæ quatuor templa Catholicorum ſacris adaptarentur, aſt vix ingreſſus in Principis ſacellum permittitur, cum tamen lex capitulationis capite duodecimo contineret quod dux paci religioſæ ideſt omnimodæ religionis Libertati obſequeretur, donec aliter à Provinciis ſtatueretur quod hactenus factum non erat, capite decimo quarto dicitur quod utriuſque profeſſionis ſectatores in ſpecialem ducis tutelam tranſirent & ab omnibus incommodis & vexis defenderentur, ita ut nemo prætextu religionis deferri aut redargui poſſet. Bruxellenſes Catholici dum à Principe petunt, ut pactorum fides ipſis exſolveretur & ejecti Eccleſiaſtici Patriæ redderentur; hæreticorum minis à cæptis deterrentur: ipſe dux pro ſupplicibus tamen litteris ad Magiſtratum Bruxellenſem octavo Junii datis intercedit, mandatque ut aulicum Cauwenbergenſe templum

 præ-

(a) *Giſlenbuſbequius Legationis Gallicæ epiſtolâ 4.*

Præambulâ largitione Romanis Sacrificiis & Catholicis patefieret, quoniam cum cœteris ſubditis ejurato Hiſpano fidelitatis Sacramentum ſuæ perſonæ dixerant. Verum id ſuæ Celſitudini denegatum fuit; majori adhuc indignitate tractarunt Catholicos in aula, imo pœne in ipſo conſpectu Principis Brugenſes hæretici, dum eos ex privato ſuæ celſitudinis oratorio in vincula rapiunt, quo etiam ſponſam aliquam dum Matrimonio jungeretur traduxerant.

Pœnè obliti fueramus, quod Eccleſiaſticus ordo, qui olim ſtatuum ſenatum tantâ reverentiâ ac ſplendore ornaverat, omnibus pœnè ſubſelliis per Provincias, ut Brabantiam, Hollandiam, Friſiam, & alias exterminatus fuerit. Ultrajecti tamen, ubi magno numero, (utpote quinque Eccleſiarum reperiuntur Canonici) & amicis clientibuſque firmabantur Eccleſiaſtici, huc uſque ſectarii tantum non valuerant, ad publicas enim ſponſiones & juramenta continuis provocationibus receptum habebant clerici, & quoniam plurimi erant qui Reformatæ religionis dogmata quidem approbabant, hanc tamen iniquitatem averſabantur; nihil per turbas attentare audebant factioſi; dimittunt igitur Geuſii deputatos ad Orangium, conquerentes de ſuperſtitioſis, in quibus Eccleſiaſtici perſeverabant, Romanæ Eccleſiæ ritibus, & quod neglectis ordinum ſtatutis populum ad Papalia miniſteria pellicerent. Jubet itaque Princeps ut imposterum quinque collegiorum Patres ſeſe publico abſtineant, conſules & Scabini, ex omnibus canonicis decem aut duodecim probatæ fidei, & repurgatæ profeſſioni addi-

addictos ſortirentur, ex quo numero nobiles & civitates ſex vel octo ad componendum primum ordinum membrum ſeligerent, hæc acta ſunt decimo quarto Julii anno ſeſquimilleſimo octuageſimo ſecundo à quo tempore uſque in hunc diem primum ſtatuum ſubſellium nomine electorum gaudet.

Circa hanc tempeſtatem Aloſtum ab Auriacis obruitur, ubi plurimi ſacerdotes mactantur, Petrus vero Aloyſius Abbas Nienovienſis quatuor florenorum millibus ſervitutem redimere cogitur. Haſletum oppidum Tranſyſulaniæ à præſidio Steenvicano intercipitur ac diripitur, multis contumeliis in Cœlitum ſtatuas debacchati ſunt Naſſoviani, (*a*) & earum aliquas cum reliquâ preda Steenovicum aſportaverant, ac poſt tranſactum variis hæreticæ inſaniæ ludis diem, appetente nocte divorum ſigna, editis in locis è furcâ ſuſpendunt, aliqua armis circumdata jubent orci ſatellites excubiis invigilare, dum ipſi opiparè cœnatum ſecederent, ſed impuri perduelles in perniciem nempe ſuam cœlites armarunt, câ ipsâ cœnæ horâ eâque plane mœnium parte, in quâ divorum ſigna in ſtationes diſpoſuerant, Hiſpani milites quaſi porrectâ à cœlitibus jam mœnia obtinentibus manu, muros ſcandunt obſiſtente nullo, atque ab aſpectu ſacrilegiorum ferociores oppidum invadunt, ultionem & ſtragem duplicant, & ſupra trecentos ſtationariorum nullo ſuorum deſiderato trucidant.

Dum Alenzonius, & qui cum illo erant Gallorum nobiliſſimi, parmenſis, &, Busbequiani vaticinii

(a) *Strada de Bello Belgico decade 2. lib. 5.*

argumenta pluribus quotidie indiciis deprehendunt, dolentque eum in precario imperio ægris oculis aſpici, quem aliquando regem eſſet adoratura Gallia, Conſilium ineunt Belgas ad obſequium & debitam religioni publicisque tranſactionibus fidem & reverentiam reducendi; verum Patriæ delicta tum adhuc iter ad tam auguſtam fortunam Catholicis præcluſerant.

SECTIO XVII.

DIximus Bruxellenſes Catholicos Aulici templi repulſam turpiter, & nequicquam intercedente Alenzonio paſſos, quare Calvinianus Magiſtratus, cum id ex voto ſucceſſerat, eo impudentiæ prolabitur, ut expulſis Catholicorum civium ornatioribus, iterum novâ eâque magnâ præſcriptâ pœnâ ſanctiſſimum miſſæ ſacrificium obliteret, nobile devotarum virginum ſeminarium ſub haſtâ diſtrahat, emptoribus demolitionem, ſi e re ſuâ conducere exiſtimarent, indulgeat, templum quoque aliud ipſi evertunt, & diris conviciis, injuriis, &, damnis miſeros Catholicos ſepoſito pudore paſſim onerant.

In pleriſque itaque Belgii civitatibus publico potiebantur Calviniani, omneſque pactiones ſuper Catholicorum, &, Eccleſiaſticorum jure, contemptæ jacebant, etiam illis in urbibus quæ ſpeciali lege ſeſe Geuſiis tradiderant, ne quid circa religionem variaretur, ruri quoque & in ruſticis mapalibus Catholicorum ritus & cæremoniæ intutæ nec ſatis a furore ſævientium prætorum ſepoſitæ habebantur, ſic Sonoius agreſtium

agreſtium innocuos pro exercenda religione conventus militaribus exactionibus in Hollandia boreali diſturbat, ubi quoque duo Patres ſocietatis Jeſu in vincula conduntur; cuncta denique eo declinant, ut ordinibus nihil aliud pœnè in votis verſaretur, quam Romanæ religionis ejuſque memoriæ æterna exſtirpatio; reclamabat multorum conſcientia tot vinculis recenter Romanis cultibus, eorumque defenſioni obligata, obſiſtebant publicæ ſponſiones, & Sacramenta, ac imprimis articulus decimus tertius & decimus quartus celeberrimæ Ultrajectinæ unionis, cui tamquam baſi tota reipublicæ maſſa innitebatur, ſed quid non audet perfidia? Dum verecundiæ limites egreſſa in promiſcuum ſcelus effunditur, & ad majora indies concionalium turbarum inſaniâ inflammatur, quis enim dubitet, quin hoc hominum genus in foro, in triviis, in ſuggeſtibus, perjuriis & ſacrilegiis, quæ patrabantur, omnem horrorem ſtygiâ facundiâ detraxerit, conſcientiarum latratus obtuderit & miſerum popellum variis ſophiſmatibus circumduxerit, idque ad exemplum primi ipſorum parentis Johannis Calvini dum inquit (*a*) *Ut primum quis notitiâ veritatis* (Calvinianæ) *illuminatus eſt, ſimul vinculis omnibus obediendi Eccleſiæ & regibus ſolutus eſt, ſtatimque ab omnibus laqueis & juramentis abſolvitur.*

Ordines itaque circa Auguſtum anno octuageſimo tertio per unitarum Provinciarum urbes, pagos, & territoria Sacroſanctæ Hoſtiæ immolatione, & cunctis exercitiis & uſibus Catholicæ Romanæ Eccleſiæ

(a) *Lib. 4. Inſtitut. cap. 13. §. 21.*

clericis & laicis generaliter in hanc potiſſimum ſententiam interdicunt, & decreta ſuperiorum articulorum abrogant: *Ordines generales, dum experiuntur quod unionis Ultrajectinæ verba articulo* 13. *expreſſa contra ejus mentem traduci poſſent, unde religionis immutatio pertimeſcenda, conſultum exiſtimant hunc articulum liquidius exponere & immutare, quoniam omnes Provinciæ conſpirante divinâ gratiâ Reformatam religionem amplexæ in illa perſeverare decreverunt, ſublatâ facultate eadem intervertendi, ſine confœderatorum unanimi conſenſu, in ea ſe quoque unitis viribus tutabuntur & cum vitæ fortunarumque diſcrimine aſſerent, ut diſſidiis, quæ ex religionum inconſtantiâ pullulant, antevertant.* Ordinum vero Hollandiæ decretum hiſce verbis accepi: *Statuunt ordines Hollandiæ, ut Evangelica Reformata religio, cujus uſus publici juris eſt, excluſis dogmatibus alterius religionis impoſterum exerceatur.*

Inhorreat merito Chriſtianus orbis ad tam furioſam impietatem. In jure dicitur illa interpretatio calumnioſa, quæ legis mentem evertit, prædictis 13. & 14. articulis, Catholicis, laicis, & clericis, religionis & ſacrorum libertas fortunarumque adminiſtratio addicitur, hic adimitur, ſtabilis & æterna declaratur unio, & ſubruitur per malignam interpretationem in perniciem eorum, qui ejus pars magna fuerunt, color palliandæ perfidiæ quæſitus totam plane Machiavelli ſcholam refert, *videlicet invitis ſubditis non fieri, quod regentibus placuerit*, Nimium enim innotuit, quod ejuſmodi regentium catervæ reclamantibus bonis, repugnanti-

gnantibus legibus, & obſiſtentibus, nec quicquam legitimis Magiſtratibus ad Catholicos excruciandos in conſeſſus & collegia nullo jure, aut merito intruſæ ſint; ipſimet adverſarii non negant, quod Catholici præcipua reipublicæ membra conſtruebant, & quod ſalvâ religione & republicâ conſilia & arma cum ſectariis ſociaverint; quis autem ſanæ mentis defendet, quod fundamenta, quibus reipublicæ corpus compactum eſt invitis membris, quorum gratiâ jacta ſunt, convelli & diſturbari poſſint, cum Catholicis qua Catholicis & in eâ qualitate centies contractum vidimus, cum ſpecialibus familiis (*a*) cum Epiſcopis (*b*) cum clero cum Canonicis, qui procul dubio exercendæ ſuæ religionis facultatem privati & proprii juris ſtipulando fecerunt, quæ ſtipulatio graviſſimi momenti rationibus ſuſtinebatur, videlicet quod Epiſcopi Abbates Prælati, Sacerdotes ac denique Catholici cum Reformatis communi auro & viribus libertatem, ſupremamque jubendi vindicandique Majeſtatem Provinciis aſſeruerint, quod Hiſpanicæ aulæ artibus ſe authoritatemque ſuam objecerint, & ſectarios tamquam unius Patriæ cives protexerint, quis conſortem à communione, jure excluſum exiſtimabit quod ita præſidi placuerit; fratres a naturali fratrum portione per Juſtineanum non defraudantur quia iniqua parentis juſſio id imperat. Verum contra inſtitutum pecco, calamus enim

(a) *In pace religioſâ ubi ſi centum familiæ Catholicæ reperirentur exercitium Catholicum concederetur.*

(b) *Harlemenſi, Vltrajectino.*

enim nimium præproperus meſſem nondum in herba deleret, quæ demum matureſcet, quando Calvinianis pugilibus allubeſcet in arenam ad definiendas haſce contentiones deſcendere ut ſupra inſinuatum.

SECTIO XVIII.

NEceſſe non erat id, quod ordines circa Auguſtum contra Catholicam religionem inſtituerant in vulgus proclamare aut tubarum clangore publicare, vel in executionem & effectum adigere, Catholicorumque templa ſublatis altaribus & ornatibus obſerare, aut, alios in uſus transformare, jam dudum enim id in pleriſque urbibus confectum erat, imo anno octuageſimo ad prædiarios Dominos & rurales ſcabinos deſuper talia reſcripta emiſſa penes me habeo: *Cum ordines Provinciæ validis rationibus commoti è re communi exiſtimarint ut Romanenſis religionis officia ruri ceſſarent, vobis N N. Mandamus ut Parochis veſtris annuncietis, ne quid aliud, quam verbum Dei ex novis & veteribus Teſtamenti tabulis hauſtum in concionibus expromant, abſtinendo ab injuriis & contumeliis in Reformatam religionem, & ſermonibus quæ ad ſeditiones populum exſtimulant. Si vero ſcabinorum aut incolarum quiſpiam ad exercitium Reformatæ profeſſionis anhelet, deſiderium ſuum libere proſequatur, ei ex æquitatis legibus reſpondebitur. Interdicimus quoque ne quempiam in Parochum poſthac excipiatis, niſi nobis præſentatus noſtroque ſuffragio laudatus appareat.* Cum autem in duobns Ultrajectinæ Patriæ pagis Hol-

landiæ

andiæ vicinis fortaſſis per baillivorum incuriam aut varitiam nondum omnia Romanæ fidei veſtigia ſepulta forent, in tantum, hæc (ſcilicet) ſuperſtitio Hollandicorum ſtatuum animos perturbavit, ut ſuis ad generales ordines delegatis ſpeciali ſtudio commendarint, *ne præterirent ſollicitare Ultrajectinos ad abrogandas conciones quæ Cudelſtarti & Meyerti (a) magnâ cum Romanis ſacris affinitate fiebant*, concludunt poſtmodum Hollandi arctius cum Auriaco fœdus ſtipulantes inter alia ut curæ ei eſſet defenſio Chriſtianæ religionis ideſt Calvinianæ. *Hiſce amplexæ ſunt omnes unitæ Provinciæ Evangelicam Reformatam religionem relictâ unicuique conſcientiæ libertate inquit Geuſiorum patronus.* (b)

SECTIO XIX.

ANno octuageſimo quinto acriter inter regios & Naſſovianos in Amerongico pago ditionis Ultrajectinæ concurſum eſt; aſt dum Naſſoviani turbatis ordinibus partim cœduntur, partim fuga in proximas civitates deferuntur, canino rurſus jure in Catholicos regnant Geuſii.

Amſterodami quadraginta octo ex primariis Catholicis in exilium deportant, Amersfurti aliiſque in urbibus eoſdem miſeris modis divexant, ita ut Catholicum nomen novo odio infamaretur, ordines tamen Provinciarum multis undique anguſtiis preſſi cum ſe Hiſpanicæ

(a) *Te Cudelſtert & Meyert.*

(b) *Joh. a Sande lib. 1. fol. 13. Bel. Hiſtor.*

Hiſpaniæ potentiæ impares adverterent, ad Henricum tertium Galliæ Regem perfugium quærunt eique Provinciarum Dominia offerunt, ſalvo tamen Calviniſmo pro quo tamquam pro aris & focis apud regem perorarunt; ab Hentico repudiati venalem principatum in Eliſabetham Angliæ Reginam tranſcribunt, quę, quamvis ejuſdem, circa religionem, opinionis habeꝛetur, tamen jurare compellitur, religionis ſtatum non immutatum iri. Interea Regis Hiſpani arma ſecundis ſucceſſibus utebantur, & Alexander Farneſius circumpoſitis munimentis & admirandorum operum machinis graviſſime Antwerpianæ urbi inſtabat, Hollandi variè, de inferendis ſuppetiis & commeatu conſultant, decretum inter alia, quod ſi non ſuccederet pontem Schaldi ab Alexandro impoſitum perrumpere, aggerem, qui citra Bergas eſt ſubruerent, & mare Antwerpiam uſque immitterent, ita ut naves deinceps irrito ponte ad urbis mœnia appelli poſſent, hanc tamen perniciem ſummum numen ſuâ ſolitâ clementiâ à miſeris accolis avertit, hæreticorumque Antwerpianorum vecordiam caſtigavit. Antequam tamen de urbe Farneſio tradendâ decernerent, Aldeguntium urbis conſulem deſtinant oratum parmenſem Principem, *Ne Evangelicam veritatem deique cauſam Antwerpiâ profligatam vellet*, Aldeguntius, ut erat, eloquentiâ & bonis artibus clariſſimus coram Alexandro magnifice diſſerit, quanti intereſſet, ut celeberrimum Europæ emporium religionis libertate & otio foveretur, addens, iſtâ clementiæ teſtificatione totam Hollandiam, &, Zelandiam ad regis obſequium poſſe

retrahi

retrahi, cui Parmenſis ſubjicit. *Religionem in cujus gratiam tot flores, & aureas ſententias profundis Aldegunti, non ſolum ex Antwerpianâ ſede ſed humani, generis commercio deturbandam judico inter tot enim, tamque vagas, & arbitrarias credendi formulas, & ſtudiâ fluctuat, ut neque inter ſe, neque cum Deo, neque cum Principibus Dei adminiſtris pacem ſervare queat.* Quo dicto homini omnem ſpem deſiderata impetrandi abſcidit, & urbem nullis odioſis conditionibus implicitus ad Hiſpani Regis obedientiam reduxit.

Sub exitum Anni octuageſimi quinti appulit in Hollandiam Comes Leyceſtrius pro Angliæ Reginâ Prouinciarum Regimen moderaturus. De eo Hugo Grotius (*a*) teſtatur. *Quod concionatorum voces, & per eos populi ſtudia ſibi conciliarit, pleraque reipublicæ non Magiſtratibus credens, ſed his, qui in aliquâ ſacrorum parte, aut plebeio centuriatu verſabantur, ita ut multi, quorum fortia pro patriâ conſilia exſtabant, palam ſint dimoti honoribus, quia cum Romanâ Eccleſiâ, aut per omnia, aut ex parte ſentiebant, parum proviſo, quam non pacifici exempli res ſit, ſi ſemel evulgaretur eam induci religionem, quæ conſortes reipublicæ alios non admitteret.* Tandem Angliæ Regina, dum ærarium tantis ex regno copiis & pecuniis dimittendis viduari advertit, Oratores Hagam Comitis ad concordiam cum Rege Hiſpaniæ tentandam delegat, Auriacus & ordines pacis mentionem invitis plane auribus excipiunt, ne tamen Anglam irritarent, Lozeum & Gaſembrotium

(a) *Annal. lib. 5.*

ſembrotium legatos Londinum feſtinant, qui coram Reginâ proteſtantur, Unitas Provincias, non niſi ex nutu & arbitratu ſuæ Majeſtatis circumagi, nihilque, quod imperitaret, recuſaturas, ad pacem tamen cum Caſtiliæ rege ineundam non poſſe perſuaderi, cum ille in Galliâ ſacri fœderis patronum & publicum Reformatorum hoſtem ſe profiteretur, neque ullos cultus, qui cum Romanenſibus non facerent, pateretur, quod ſi pacis negotium adurgentibus ulterius in Hagâ reginæ oratotibus ad cognitionem ſubditorum proreperet, verendum ne repurgatæ profeſſionis ſocii in deſperationem conjicerentur, fugamque reſpectarent, unde religionis ſuſceptæ unio labefactaretur, & Papicolæ in novos Magiſtratus elevarentur, eoſque ſubſelliis & pulvinaribus dejicerent.

Sic continuo verbere exagitat nefarios conſcientia, ita ut, dum ſibi pro-oſſis injuſtè congeſtis timent, ſcelus ſcelere confundant, &, conſequens flagitium ſemper gradus ſit futuri, pergunt itaque ordines & concilio ſtatus inſtructionem multis articulis gravidam dictitant, ut curam habeat, quod omnes civitatum, arciumque Gubernatores, Architalaſſi, equitum, peditum & navium præfecti & duces cum militibus & nauticis ſociis pro unione & Reformatæ religionis defenſione & incremento ſint jurati, Ultrajectini quoque Catholicorum procerum aliquos dignitatibus & reditibus ſpoliant, quamvis conſtaret, eos confectæ unionis promotores, & de patriâ optime meritos eſſe, horum exempla non lente proſequuntur aliarum urbium rectores; publicam tamen perfidiam ſpecioſo verborum

borum lenocinio obvelare contendunt, nempe quod Provincialibus fixum ratumque ſit utriuſque religionis miniſteria tueri, verum ſe experientiâ teſte convinci quod Reformata acerrimè patriæ libertatem propugnet, contra Hiſpanorum fraudes invigilet, & vires animoſque exſerat, quare hanc anteponere & Catholicorum ſacrorum & Magiſtratuum adminiſtrationibus pro tempore, ſævientibus præſertim bellis derogare compellebantur, eaſdem reſtituturi dum neceſſitas finem habuiſſet, polliciti interea ſe nullam vim conſcientiis illaturos. Verum poſt enervatum debellatumque Hiſpaniæ Regem, etiam ære & ſanguine Catholicorum & pacem anno quadrageſimo octavo ſupra milleſimum ſexcenteſimum mutuo conſenſu compoſitam, experti ſunt Catholici citius victurum.

Delphinum in ſylvis in fluctibus aprum

Quam Calvinianos quicquam de peierandi conſuetudine decerpturos, ſed de hiſce infra latius. Anno nonageſimo eligitur Princeps Mauritius Wilhelmi Auriaci filius Gubernator Ultrajectinæ civitatis, &, territorii, hac conditione *ut veræ Chriſtianæ Evangelicæ religionis obſervantiæ & ornamento ſtuderet juxta ſtatuta per Provinciales ordines edita, nullius tamen quies in privatis laribus vexaretur ſine prævia ſenatorum juſſione.* anno ſequenti Neomagum expugnatur auſpiciis Auriaci, civibus Romanarum cæremoniarum continuationem efflagitantibus, & ſuperiora pacta allegantibus nihil prorſus indultum ſed fana mox direpta & deſolata ſunt. Ceſſit quoque Groeninga anno nonageſimo quarto victricibus Naſſovii armis, conven-

tum eſt, *ut in civitate nulla alia niſi Reformata religio uſurparetur, attamen in nullius conſcientiam aut vis aut inquiſitio quicquam imperii haberet.*

Qua autem interpretatione hanc conſcientiæ non interturbandæ pacem illudant Geuſii ſophiſtæ, nos inſtruet ſtatutum decimo nono Martii eodem anno in omnibus Provinciarum oppidis ſolemniter in hanc ſententiam publicatum:

Cum in ditionis noſtræ civitatibus urbibus & pagis contra interdicta annorum 1581. *&* 1589. *varia conventicula tam virorum, quam mulierum, qui ſe Catholicæ religionis ventitant, agitentur, ac ſub velamento hujus profeſſionis conciones, orationes & aliæ ſacrorum adminiſtrationes fiant, nos autem non ignoremus communes patriæ hoſtes in ejuſmodi cœtibus conſilia ſua in Provinciarum perniciem inſtruere & firmare, quapropter imprimis ſtatuimus ut ſuperiora annorum* 1581. *&* 1589. *edicta ſuum ſortiantur effectum, & executionem, eadem deſuper extendentes mulctis & pœnis eos pronunciamus obnoxios, qui ſub prætextu Papanæ religionis in templo, privatis ædibus, campo, vel agro, navi, aut alio quovis loco conveniunt, convenientibus interſunt, ubi à ſacerdote, Monacho, viro, aut fœminâ Romana miniſteria, admonitiones, conciones aut cæremoniæ celebrantur, qui autem eiſdem operatus fuerit mulctarum ſuppliciorumque contra miſſam prædictis ſtatutis inflictorum reus erit, & omnes, in quorum ædibus, agris, navibus aut ſcaphis talia peragentur aut agentibus aderunt, qui matrimonio, aut Baptiſmo initiabitur à ſacerdote vel monacho centum florenorum,*

qui

qui præſentes fuerunt quinquaginta, ſacerdos vero pœnam prænominatis ſanctionibus dictatam reſervatâ judici inſuper arbitrariâ condemnatione, luet. Solvet vero quadruplum, qui author, inſtitutor, aut præco talium congregationum fuiſſe reperietur.

Videat hic, quiſquis aliquo Lumine præditus eſt quo jure Catholici cum Geuſiis expoſtulent, Libertas conſcientiæ nihil eſt aliud quam facultas vivendi juxta conſcientiæ dictamen, & eas regulas ſine quibus homo diffidit ſe ad beatitatem perventurum, eadem omnibus modis Catholicis præripitur, & tamen inani libertatis fumo illos paſcere cogitant, Harlemenſes tempore captæ ab Albano urbis graviter conqueſti ſunt de ejus enormi perfidiâ, quod ſtationarios quibus vitam addixerat, inedia exſtinxerat, obtendens ſe quidem liberum reſpirandi ſpiritum, non cibaria pollicitum. firmiori jure fundatur Catholicorum accuſatio adverſus eos qui animæ alimentum ſubtrahunt. Wernerus Helmichius Geuſiorum conſiſtorialium legatus ad Eliſabetham Angliæ Reginam cum pro ſectæ ſuæ defenſione perorat, inter alia inquit: *Conſcientiæ libertas ſine publicis functionibus nulla eſt, filii enim Dei docent, quod animo Deum recognoſcamus ad juſtitiam, ore autem ad ſalutem impetrandam, ideo mediâ noſtri parte male ſummum numen adoraremus.* Tot tamque præclaris contractuum pacificationumque titulis elucceſcit ſocietas religionis Catholicæ cum Reformatâ. tantum ſanguinis, tantum pecuniæ ab utraque parte exhauſtum eſt ad patriam à ſervitute liberandam, & tamen hiſce ſociis omnis habendæ religionis copia adi-

mitur imo eorum fides religionis larva, & prætextus denominatur, miſſæ ſacrificium & piorum chorus hoſtilium conſpirationum ſtigmate notantur, fruſtra objicitur quod Catholicæ religionis aſſeclæ Patriæ ſaluti inſidientur, contrarium enim ex hiſtoriæ decurſu patet, ſed eſto, quod eorum cœtus obſervatione indigeant, ut apertum ſit quid agitetur, ne in publicamrem peccent, huic ſcrupulo obviam ibitis Domini Geuſii aperiundo illis popularia & cuilibet expoſita oratoria, ſtatutâ capitali pœnâ in eos, qui ſeparatas conciones coëgerint, nulli præterea ad aras & ſacerdotia ſuccedant niſi, quos morum innocentia, Patriæ amor, & pacata vitæ ſeries commendat, aut à quibus præſtantiſſimorum civium cautio, nocendi ſuſpiciones deflectit.

Fallimini omnes, quicunque Geuſiorum in Catholicos ſævitiam, politicam interpretamini neceſſitatem, nihil aliud eſt, quam odium Calviniſticum quo Romanum nomen cane peius & angue inceſſabili rabie inſectantur. Ut olim gentiles Chriſtianorum ſacra apud plebeculam deprimerent, eos perturbatæ reipublicæ criminabantur (*a*) Symphorianus dum Berecynthiæ Matris ſtatuam adorare renuit ſeditionis reus agitur. (*b*) Conſimilibus machinis hi terræ filii aggrediuntur Catholicorum fidelitatem. Noverunt Catholicos ſine Presbyteris eorumque ſacris non ritè profeſſioni ſuæ incumbere, eorum miniſterio Sacramentis initiari, ſciunt tam plebem

(a) *Vopiſcus in Aureliano.*
(b) *Acta Symphoriani.*

bem quam Eccleſiaſticos Romanum Pontificem uti ſummum in Eccleſia Antiſtitem revereri, illi communione conjungi, eâque in qualitate & conditione Catholicos, eorumque Eccleſias, ſacerdotes, ritus, & officia in ſpecialem ſæpius protectionem & tutelam ſuſceperunt, & tamen dum de Romanâ Curiâ aut regulis quicquam inaudiunt, in Catholicos tamquam perduelles & proditores inſaniunt ut in causâ Sacerdotum Wachtelarii, Mokii, & aliorum liquet nec id ſatis. Onerant præterea miſerorum Catholicorum famam abominando Idololatriæ crimine non tantùm in Cathedris, libellis & ſcholis ſed & in publicis ſanctionibus & mandatis in hanc pœne ſententiam,

Quamvis imperium in alienas conſcientias nobis non arrogemus, nec alicui negotium ob religionis diſcrimen faceſſere deſideremus, ſed puri verbi divini prædicationibus cujuſcunque ſortis homines pellicere, & exemplis prælucere ſtudeamus, votis tamen eo deferimur ut omnes Jeſu Chriſto unico Salvatori lucremur, quam noſtram clementiam ac benignitatem merito quilibet bonus agnoſcat, ideoque ſe ſuaſque actiones ad normam ſtatutorum ſuper religione editorum dirigat. His tamen non conſideratis ad noſtrorum pervenit notitiam, quod aliqui per eos, quos dicimus Jeſuitas Monachos, Nonnas, & Beguinas ſeducti eo audaciæ prorumpant, ut ſecretos conventus virorum & mulierum indicere in illiſque auditores ad ſuperſtitioſas & idololatricas cæremonias invitare & pariter contra Magiſtratus, &, eorum authoritatem incendere non vereantur, idcirco volumus & jubemus ut cum ejuſmodi hominum genere ex

legibus agatur, Quis edicta, ſanctiones, proclamata in papanos eorumque ſuperſtitioſos (ut ajunt) cultus, vel ſando enumeret? quis mulctarum pœnarumque diverſas ſortes recenſeat? ſine numero, ſine pietate, ſine conditionis humanæ recordatione & ſenſu inveniuntur, nullum Catholicæ fidei myſterium, nullum Sacramentum, nulla cæremonia, nulla lex, aut inſtitutum depromi poſſet, cui particularis mulcta aut pœna non præſto adſit. (*a*)

SECTIO XX.

HÆc Calviniani odii fulmina non ſolum Belgæ verum & externi Principes frequentiſſime experti ſunt. Dum anno nonageſimo nono dux Clivenſis Veſalienſibus Romanorum rituum reſtaurationem imperat, variis, idque, mendaciſſimis contumeliis licet nullo jure, aut injuriâ Geuſiis cognitus dux proſcinditur, inter alia Fœderatarum Provinciarum ordines urbis ſenatores per delegatos admonent: *Rem eſſe indignam ad nutum barbaræ gentis (nempe Hiſpanæ) quæ omnem pietatis ſenſum factis a ſe abdicabat, ſacra publico jure firmata his eripi, qui a parentibus ea tradita accepiſſent. Hortabantur itaque civitatem ne in causa Dei vim hominum pertimeſcerent, ſe non futuros ſacrorum immenores.* Ita urbem contra legitimum Dominum Germanorum Principum jura uſurpantem, quorum per imperii leges de religionis uſu liberrimum arbitrium eſt, in arma & rebellionem propellunt ac diro

(a) *videantur ſtatuta libro.* 3.

diro imperantibus omine ad implendam Calviniani rancoris libidinem abutuntur, Quid quod Princeps Mauritius & ordines anno ſexcenteſimo ſupra milleſimum laudatiſſimum Catholiciſſimę civitatis Colonienſis ſenatum cenſoriis litteris perſtrinxerint, quod urbis prætor ſodalitium aliquod Calvinianorum diſperſerat, miniſtrumque capturâ & reliquos decem aureis per capita mulctarat. Reſpondebant Colonienſes Patres, *ſe legitimis probationibus edoctos eſſe concionatorem cum ſuis contubernalibus ſub involucro & ſpecie religionis nocte dieque diverſi generis damnoſiſſima conſortia conglomeraſſe in quibus certam formam Magiſtratus figuraverant, jamque ſpem & mentem in urbis regimen defixerant*: reſcribunt Hollandi *illis non videri veritati conforme, quod exigua hominum externorum manus ut erant Reformati quicquam in civitatis detrimentum machinaretur, verum ſe opinari, quod ejuſmodi ſuſpicionum indicia ab incude Jeſuiticâ aut aliorum adverſariorum procederent, quapropter requirebant ut miniſter è vinculis relaxaretur, nihil cauſæ eſſe* (addentes) *quod colonienſes exiſtimarent Eccleſiaſticæ diſciplinæ ordinem & inſtituta, ut diaconorum & ſeniorum electiones ſeditionis labe contaminari, aut quod illa quicquam valerent ad ſupplantanda ſæcularia gubernacula cum talia munia non niſi pauperibus alendis, ægrotis viſitandis & aliis Chriſtianis functionibus deſtinarentur quapropter exigebant denuo liberationem miniſtri, aut ſaltem ut ſigillatim de facinore cujus infamiâ urgebatur, inſtruerentur. Hoc ad præveniendum diſſidiis quæ inter illos poſſent progenerari.*

SECTIO XXI.

IAm ſæculum decimum ſextum ingreſſis occurrit primo Geuſiorum perfidia atro me hercule lapillo notanda in deditione urbis Gravienſis, his legibus anno ſecundo ſupra milleſimum ſexcenteſimum Principi Mauritio & ſtatibus traditæ: *Omnes religioſi, tam viri quam fœminæ, nullo excepto, item omnes Catholici cives & inquilini in Catholicæ religionis exercitio pacifice agere & manere permittuntur.* Quomodo id obſervatum noverunt qui Catholicorum perſecutiones & damna ibidem hactenus deflevere. Cæterum hoc ſæculum non tam diſtinctis infidelitatis Calvinianæ notis ſcatet, quoniam unâ & æquabili tyrannide (paucis civitatibus exceptis) ſine remoris, reſpirationibus, & intervallis Catholicis divexandis graves incubuerunt. Tentarunt frequenter optimi cives deprecari & demulcere hanc vere barbaram hominum ſectam, interceſſere maximi in Europâ Principes; ita anno milleſimo ſexcenteſimo octavo Jannini Regis Galliæ legati operâ in negotiatione induciarum uſi ſunt Catholici ad impetrandos liberos ritus & bonorum ſacerdotalium partem, verum batavi teſte Grotio (a) nequicquam in eorum gratiam ſtatui paſſi ſunt. Poſt concluſas anno nono inducias cum Hiſpaniæ rege, ipſe iterum Janninus ſpeciali regis ſui authoritate munitus pro Catholicis in pleno ordinum concilio graviter in hunc fere modum diſſeruit:

Duobus

(a) *Hiſtor. Lib. 17.*

Duobus permovetur Rex meus rationum momentis cur ſuum per me patrocinium pro Catholicis interponat, primum quod Catholicus Princeps fidei ſociis ope ſuâ adeſſe debeat, ſecundum quod poſtquam expendit quæ in rem veſtram aut exitium concurrunt, nihil tam neceſſarium ei ob oculos ſuccedat ut uno concordiæ & ſinceritatis complexu devincti vivatis, & omnes relegentur prætextuum anſæ, ſub cujus velamine quiſpiam in veſtrum ſtatum poſſet invadere, quam ut à ſævitiâ & perſecutione in Catholicos abſtineatis aut ad minimum ſi publicarum legum authoritate hanc religionem corroborare recuſetis ut conniventibus ſaltem oculis eos toleretis ſervientes ſummo Numini talibus ritibus quibus ſunt imbuti. Sua Majeſtas non ambigit quin in tandem cum ipsâ ſententiam facile ibitis modo nucleum rationum hac diſſertatione contentarum frangatis & æquâ lance libretis, & à veſtris affectibus ſeponatis illam rejiciendi omnes perſuaſiones nimis præcocem pervicaciam, ita in illos aures lenitatis & amoris concepto ſpiritu proclinabitis hic vobis miſericordiæ & humanitatis genium ergà veſtros ſubditos imprimet, qui ad veſtram juſtitiam appellant, ac pro eâ vobis tamquam recenti beneficio oppignorati erunt, quamvis talia ipſis jure denegari non poſſint, his etiam remediis vos providere debetis, ut eorum affectibus ſecure indormiatis.

Conſiderate itaque, quanto numero Catholici veſtras civitates, oppida, & agros impleant, quod vobiſcum una deſudarint, patrocinia interceſſioneſque proſtiterint, eiſdem vobiſcum caſibus & eventibus vitas & ſubſtantiam objecerint, & continuâ interruptâque fideli-

tate patriæ, (donec bella ſævierunt) opitulati ſint & qu[illegible] querelis aures veſtras non fatigarint ob ſuſpenſum pa[illegible] triæ religionis uſum, ſibi imaginati publicam ſalute[m] hanc a vobis ſeveritatem exprimere. Nunc autem cu[m] arma veſtra triumphali otio condecorentur, voſque [in] plenam & nulli obnoxiam libertatem ſitis aſſerti, qu[i] aliud ſibi promiſiſſent, quam ut illius fortunæ aliqu[a] portione fruerentur, quam ſanguinis & bonorum im[-] pendio pro magnâ parte conquiſierant,

Verum quis illos liberos, quis fortunatos arbitrab[i]tur? quibus præſciſſa facultas Deo & religioni ex Pa[-] triis ritibus operandi, econtra nulla poteſt concipi ſervitu[s] violentior, &, intolerabilior, nulla injuria atrocior, nulla denique contumelia ita hominum pectora efferat quam ille rigor. Hæc veritas vobis perſpicua eſt, ill[a] enim capitalis ratio vos in arma rapuit, omnemqu[e] periculorum & damni ſenſum exemit, ut immunes & ſecuri viveretis. Scitis quoque talem violentiam per to[-] tum orbem & in ipſo regno Galliæ, tumultus, cædes & bella proſeminaſſe, eâdem ubique pœne fortunâ, ut credam ſummum numen talia permiſiſſe ad noſtram in[-] ſtructionem quod religio per ſuadelam nulli niſi Sacro[-] ſancto ſpiritui cognatam non per metum, aut mortali[-] um violentiam inſtillari queat, & ut reges & Principes ſuo malo, cui eâ de causâ cum ſuis ſubditis involvun[-] tur admoniti exactiorem curam Eccleſiaſticis vulneri[-] bus ſanandis impenderent quam hactenus geſſerunt & illis medelis uterentur, quæ frequentabantur, quando Eccleſiæ ſtatus erat defæcatior, & correctior ad emen[-] dandos errores, quos hominum corruptio continuâ in[-] fection[e]

ctione depravabat, quæ vera & genuina curatio & via eſt, ad recolligendos Chriſticolas illoſque concordi religionis vinculo religandi.

Sed quoniam ad operis tam ſancti, tam perfecti conſummationem nihil conferre poſſumus quam preces & ſuſpiria divinum numen ſollicitantia ut Chriſtianorum Principum animos inflectere Prælatorumque Eccleſiæ conſilia ad optatum exitum perducere dignetur, Rex noſter quantâ poteſt contentione ſatagit eum, quem ſuperiora bella inter ſubditos excitarant, rancorem tollere, ut ſenſim mutuis affectibus conſolidentur, nec alter in alterius exitium ob dehiſcentem religionem conſpiret. Regem meum edocuit experientia, quod violentia quâ ſui anteceſſores edicta armarunt longe diſtet a verâ reconciliatione, &, quod originem, cauſaſque obſtinatioris contumaciæ progenuerit aut civium mentes à pietate abalienaverit quotidianos quoque tumultus regimini nocentiſſimos protulerit, econtra, quod moderamen, quo religionem, quam vos profitemini tolerat & cui in rogandis legibus proſpicit, efficiat, ut illæ non tam frequentibus admiſſis violentur, cum tamen ſuperiorum regum ſanctiones primo ſtatim publicationis initio convellerentur. Hæc vera eſt ratio, quod prudentiſſimi utriuſque religionis proceres ab utroque latere ſtudeant unionem conciliare quam arctiſſimam inter partes, quæ antea in internecionem alterutrius conjuraſſe videbantur, & nihil æque in deliciis habebant quam unicuique perſuadere quod religionum diſſidium non poſſet niſi in utriuſque funere & tumulo ſepeliri. Quoniam prudentiſſima conſilia, quibus ſua Majeſtas huic malo prævertit,

tit, optatam medelam produxerunt, eadem lubenter amicis ſuis communicat, præterquam quod Majeſtati ſuæ videatur ſpecialiter è re veſtrâ eſſe, ut ejus veſtigiis inſiſtatis. Aliud enim dicendum eſt cum ſuprema Majeſtas nullius alterius religionis, quam a majoribus acceptæ & in regno inventæ miniſteria admittit, aliud plane ſi vos veſtros municipes & ſocios defraudaretis uſibus iſtius profeſſionis, quam, antequam veſtra enaſceretur, excolebant. Prior id jure facere poteſt, non tamen cautè, ſi religioſitatis alicujus excluſio regno everſionem præſagiat, conſtat quod tali rerum conſtitutione prudentiæ potius quam ſuperciliosæ authoritati velificandum ſit, adhibitis remediis ad placanda potius quam efferanda ingenia opportunis. Vos autem tam reformati quam Catholici cum libertatem communi pretio vobis comparaveritis, quid juſtius? quam ut cuilibet exinde ſua portio obtingat; violentum itaque foret, quod una pars in puncto omnibus delicatiſſimo dominatum, altera ſervitutem ſortiretur, & quod illa non ſolum triumphalibus victoriarum exuviis deſpoliaretur verum etiam miſeram vitam inter iniquioris quam hactenus fortunæ, ſordes & calamitates protraheret. Decide alterius cauſam ex tuâ, dimitte aliquid rationi, præſertim quod conjunctâ vobiſcum fidelitate & operâ ſuo cum diſcrimine multa extorſerint à Principibus, qui pariter & veſtri & ipſorum hoſtes erant.

Conſiderate quod ſi contumaces ſubditis tam juſta denegetis, quam præjudiciali exemplo veſtræ profeſſionis ſectatoribus malè conſulatis, qui aliis in regnis Catholicorum Principum clementiam devotiſſimâ ſubmiſſione

ne & gemitibus continuo implorant ut libertate, quam rex in Catholicorum gratiam a vobis expoſcit, perfruantur, extra dubium eſt quod Catholicis ſine ullo reipublicæ diſcrimine gratificari poſſitis, etenim cum ipſorum fides bellorum tempore incorrupta perſtiterit quamtumvis ab exercendâ religione arcerentur, quid non vobis patriæque ab ipſorum ſtudio & zelo ad cuſtodiendam libertatem promittere poteritis, præſertim cum ſe ſocios honorum & dignitatum communi virtute partarum agnoverint; gratiam quam vobis debent conduplicabunt, quam primum advertent, quod ſecurè percipiant veſtrorum benefactorum fructus, quibus eos, quia firmiores eſtis, deſtituere poteratis, in contrarium, cur vobis timeatis? ſuberit ratio ſi illi tali repulsâ ad deſperationem adacti apud vos perſeverent, conabitur fortaſſis quiſpiam eorum ardorem ad oppugnandam veſtram libertatem in ſuccurſum ſollicitare.

Objicient ſine dubio aliqui, Provinciarum ſalutem religionis veſtræ inniti fundamento, quo diſſoluto publici corporis compages diffluerет, ſin id veritati conſonaret, commune bonum mereretur excuſationem, & iniquitas quæ privatis obvenit publico eſſet condonanda. Prima enim Magiſtratuum cura ſtat & vigilat pro cuſtodiâ fundamentalium legum, verum inter vos plurimi degunt, qui primis bellorum exordiis interfuere, norunt illi ut & veſtræ Hiſtoriæ teſtantur, quod nihil niſi uſurpandæ religionis facultatem poſtulaveritis, ſalvis legibus & ritibus Romanæ Catholicæ Eccleſiæ quæ veſtræ profeſſionis incunabula antecedebant, plurimi arma & animos vobiſcum conjunxerunt, qui alioquin ſuo ad

hoſtes

hoſtes tranſitu veſtram cauſam quam maxime debilitaſſent, non ſolum quia veſtra privilegia ſevero regimine (quod tyrannicum appellaſtis) oppreſſa erant, ſed etiam, quia injuſtum interpretabantur vos privari libertate & opportunitatibus adorandi ſummum numen illis ritibus, quos veſtra vobis profeſſio præſcribebat.

Quantum attinet ad periculum quod adiret reſpublica reſtitutis Catholicorum cæremoniis, docet nos experientia religionum diverſitatem non accelerare perniciem publicam, ſubditoſque cultibus diſpares perfectum ſine nævis ſtatum poſſe conſtituere, & ſimul lætos & tranquillos dies agere, parem obedientiam legibus & Magiſtratibus impendentes, dum toti in eo ſunt, ut conſultationibus, & ingeniorum vi promoveant amplitudinem reipublicæ ſub qua illis naſci contigit; ita ut non ob religionis libertatem ſed impedimentum, &, obſtaculum quo una pars ſupprimitur, reſpublica periclitetur, eo enim caſu ad ſeditiones proclivis deſcenſus eſt, & incolæ exſtimulantur ad id per vim expugnandum, quod ſibi injuriâ denegari exiſtimant, per omnes Chriſtianorum Provincias horum tumultuum, tot veſtigia & exempla ob oculos paſſim verſantur, ut neceſſe non ſit ea vobis delineare.

Addamus illam deſuper rationem, quod Catholici, dum ſe à cultibus ſuæ religionis obſtinate arceri perſpicient ad ejus clientelam ſeſe recipient, quem hucuſque oderunt; quis dubitat quin violentia qua ipſos perſequimini eorum accendet audaciam & acuet induſtriam ad impetrandum id, quod reſtituere denegatis, neque ipſorum funera religionis avitæ memoriam exſtinguent,

quippe

...ippe quæ à majoribus per manus quaſi ad poſteros ...adetur,

Quod ſi ſacra religionis Catholicæ inſtituta abolita ...aneant, & inhibitum ſit juxta eorundem tenorem ...eum colere certum eſt, quod vaga conſcientiarum liber...s (quæ niſi ſummâ injuriâ illis denegari non poteſt) ...s ad impietatem præcipitabit. Religio enim honeſtiſſi...um vinculum eſt, quo obſtringimur ad recte agen...um, & recordatio Chriſtianitatis nos tacitè muneris ...npoſiti admonet & a ſceleribus deterret, ſublato hoc ...moris repagulo ipſius numinis noſtrique officii memoria ...bliteratur, quare veteres prudentiſſime judicarunt ...uperſtitionem potius in republicâ debere tolerari, quam ...mpietatem, ſuperſtitioſus enim cunctis actionibus anxius ...eretur, credens, quod licet declinet mortalium cen...uram, cœleſtem tamen non queat caſtigationem ſub...erfugere; quare alacriori pomptitudine Magiſtratuum ...ræceptis obſequitur, & cautius rebus omnibus proſpi...it, quam, cui nulla beatitudinis fiducia ſupereſt, ille ...nim omnia paſſionibus corruptæque naturæ indulget, ...odò ſuperiorum vigilantiam fallere & illudere poſſit.

Dicet quiſpiam, ſi conſcientiarum libertate contenti ...on ſint Catholici quin demigrent & alias ſedes ſibi in...eſtigent, ideſt ut parentum, fratrum, amicorum, contu...ernalium conſortia, & communionem derelinquant, ...& omnibus affectibus animos evacuent, quos Patriæ ...ulcedo mortalibus ingerit ut alieno ſub ſole cœlitum ali...entis paſcantur, quæ profecto Chriſtianis omnibus ne...eſſitudinibus chariora eſſe debent; ſed quo jure dictabit ...rator exilium civibus, quibus nihil poteſt imputari,

&

& qui ſuâ operâ patriam contra hoſtes defenderunt, e quâ expelluntur, ſi tamen ulterius ita premantur diſcedendum ſit, infinitas devaſtabitis regiones, u formidandæ difficultates & miſeriæ provenient, q ſilentio, quam longo verborum ordine proſequi ſat duco. Et ut ſatisfiat illis, qui nimium anxii magnos ſcr pulos contra meam petitionem opponunt, plures caute & remedia prompta, & in expedito poſita ſunt, quib religionis & reipublicæ ſtatus ab omni parte reddatur ſ curus, nempe ut ſtatuatur quod clerici, qui domicil um ſub veſtrâ jurisdictione eligunt, ſe localibus con libus aut ſcabinis ſiſtant, nomenque apud acta publi profiteantur, & inſuper quod incolarum præcipui ſtentur, & emiſſâ cautione in ſe recipiant profeſſum pac tæ vitæ, morumque ſedatorum eſſe hominem, & q nec facto nec verbo in publicam tranquillitatem & ob dientiam ſuperioribus debitam delinquet, hac ratio vobis aperta erunt Eccleſiaſticorum nomina, & de e rum fide nullo dubio laborabitis, certi veſtrorum civiu ſatiſdationibus, ſi autem obrepat Eccleſiaſticorum q ſpiam in veſtras ditiones qui ſe latebris obtegit, juſta aſſumetis conjecturam talem non niſi ſiniſtro animo vos acceſſiſſe eumque abigere, aut punire poteritis.

Habetis hic patres conſcripti interceſſionem quam mine regis mei vobis defero in favorem Catholicor quæ ejuſmodi terminis incluſa coarctatur, ut nullate vobis queat eſſe præjudicio, interim illorum miſeri allevabitis, quare perpetuo affectu patriæ ſaluti & p ſperitati conſulent, ita ut publicus ſtatus magis ma que confirmetur. Sua Majeſtas eâ quoque de cauſ

v

vobis gratam exhibebit, judicans quod ſecundo conſilio utemini, aſt ſi contrarium factitetis, verebitur ne Catholicorum animi illâ abdicatione à vobis abalienentur, & periculoſas conſpirationes auſcultent, ego quantum poſſum ad patientiam eos exhortor &, ut omne id ferendo exhauriant quod vobis placitum erit decernere, nec ullâ unquam de causâ contra patriæ ſalutem commoveantur, declarat idcirco ſua Majeſtas quod ſi quicpiam in contrarium pertentent eos continuo odio & punitione non ſuâ ope aut favore dignos exiſtimabit.

Verum nec æquitas, nec ſocii regis authoritas, nec orantis facundia Calvinianorum pertinaciam emolliit, perſtant igitur oppugnare Catholicos quotidianis vexationibus, & quamvis brevi in diverſas ſectas diſcingerentur, Gommariſticam, Corenhartianam, Arminianam, & alias, quæ alternis proſcriptionibus & haſtâ in ſe ſæviebant, domeſticæ tamen contentiones decretorium in Catholicos odium non diſtinebant, continuo illud fomite alentibus miniſtris, dum per Synodales ſuas legationes in Provinciarum & ordinum comitiis tam ore quam calamo in orthodoxos debacchantur. Se videlicet (*a*) quoditianâ experientiâ admoneri, quod præter Arminianorum inſolentiam, Papalium non ulterius toleranda protervia eo gradum promoverit, ut velut ignis abſumens cunctos Provinciarum angulos corripuerit, vetitiſque conciliabulis, idololatricis miſſis, cantilenis, unctionibus, diurnis facibus & aliis

(a) *Auſtralis & Borrealis Hollandiæ Synodus anno* 1635. *Celebratæ in ſuis declarationibus ad ordines Hollandiæ.*

impiis & execrandis cæremoniis omnia deturpaverit, ut impoſterum horum progreſſibus frenum injici non poterit, ordinumque leges & decreta proculcabuntur, quaſi non haberetur Rex in Iraël, idcirco niſi Magiſtratus ſeſe protinus exemplo piorum regum Davidis Joſaphati, & Joſiæ ad diſſipandam tam nefariorum hominum colluviem accingerent, verendum ne orthodoxæ Eccleſiæ, & qui in illis puras manus in Cœlos tendunt, & Patriæ æternâ devotione mancipati ſunt ab Antichriſtico jugo obruantur, & fatiſcant, *admonemus* (a) (inquiunt ulterius) *hortamur*, *inſtamus*, *demonſtramus quod jam proximus ardeat Eucalion & tamen vix audimur*, *nobis itaque deſcendendum eſt ad particularia papanorum ſacrilegia*, *unus inter illos auſus fuit tres ſtatuas Trinitatem referentes Reformatæ religionis pictori inaurandas locare*, *alii dominicæ paſſionis hiſtoriam magnâ cum blaſphemiâ theatro intulerunt*. Habes hic benevole lector gigantæa crimina & facinus morte piandum, perge ulterius accipere execrationes, quibus hi clementiſſimi aruſpices Catholicos devovent, videlicet (b) *atteſtatur Chriſtianiſſima Synodus quod Papanorum exſtirpatio ipſi curæ & cordi tam altè*, *quam functionum Synodalium cuſtodia habeatur*, *de quâ poſt depoſitam mortalitatem divino tribunali ſeveriſſimas rationes reddere tenebitur*, *ideoque ſi tot & tam immania fidelium* (Geuſiorum) *pericula veſtra non commoveant præcordia*, *proteſtantur Chriſti ſervi*, *quod ſe coram Deo & toto orbe ab effundendo ſub-*

(a) *Dictæ Synodus.*
(b) *Dictæ Synodus.*

ſubditorum ſanguine, & ingruenti excidio innocuos & excuſatos proclament & teſtentur, cum nihil dubii ſuperſit, quin ſummum numen tam abominandâ ingratitudine irritatum, amœniſſimum, quem hactenus tantâ benignitate, exhibuit vultum ab hiſce Provinciis declinabit, immutans paternam benevolentiam & abundantiam in ſterilitatem, & pauperiem, declarant itaque Synodales oratores, quod ſi ejuſmodi queſtus negligantur ſe munere injuncto defunctos integritatem innocentiamque ſuorum Principalium cuivis manifeſturos

SECTIO XXII.

DEſinite hic demirari Catholici quod Calvinianorum ſecta nullo juramentorum & conventionum glutinamento ad implenda vobis promiſſa poſſit obſtringi, monſtrum enim foret ſi quiſpiam datam fidem ei cuſtodiat, quem cauſam & occaſionem omnium malorum ſibi obvenientium ob cuſtoditæ fidei obſtinationem credit, quod nec ipſa concionalium Gommariſtarum caterva in dubium vocat, dum exardeſcit contra Arminianos defendentes quod Batavorum reſpublica diverſarum religionum ſit capax, & quod contra Hiſpanum nullatenus ob religionem bellatum ſit, *Ita (a) enim inquiunt inter alia, ſin legibus & fœderibus à libertinis (arminianis & Catholicis) initis coarctemur, ſine differentiâ an conſcientiæ conſentanea conveniant, profecto Regis Hiſpaniæ juſſionibus*

 ſine

(a) *Practica Aulæ Hiſpanicæ anno* 1618. *a miniſtris Calvinianis conſcripta. fol.* 31.

ſine causâ obſtrepuimus nam alia regi non conſtitit ratio affligendi ſubditos quam quod Papani ritus ab ipſis ſpernerentur. Hinc prodiit ſævities, hinc progenita eſt Tyrannis, ita ut armorum ſuſceptorum non poſſit expromi alia allegatio, niſi religionis defenſio, quo fundamento eliſo, id quod Rex Hiſpaniæ patravit, juſtitiæ, quod autem Auriacus, &, ordines peregerunt perduellionis notam & nomen meretur.

SECTIO XXIII.

HIſce tamen nequicquam obſtantibus multi Catholicorum ſeſe circumagi & falli à Calvinianis permiſere, quâ prædâ læti ordines anno trigeſimo ſecundo hujus ſæculi Hiſpanienſium belgarum ſtatus talibus iterum pollicitationibus ad ſuas partes pertrahere aggrediuntur:

Ordines generales unitarum Provinciarum omnibus has viſuris ſalutem &c. Sanƈte & inviolabiliter Hiſpanienſibus Provinciis, oppidis, membris, incolis tam clericis quam laicis cujuſcunque qualitatis, & conditionis (qui ad noſtras partes tranſibunt) fidem damus nos eos immunes ſuorumque jurium, privilegiorum, ac, præcipuè, Catholicæ Romanæ religionis ſecuros reddituros & defenſuros ut cum illis tamquam ſociis & amicis communi concordiâ vivamus & noſtra communicemus. Aƈtum 11. *Septembris*. Perſpicuum eſt Brabantinos ſibi optimè proſpexiſſe repudiando eorum fidem qui toties peierando illam prodiderant, & quod à contrario eodem anno Comes Bergenſis Henricus male hæreti-

hæreticis aſſentationibus aures & animum aperuerit, cui in hunc modum Princeps Auriacus litteris decimo octavo ad eum datis publico ſtatuum nomine adblanditur.

Quod mens & animus foret Catholicam religionem, quocunque victricia ordinum arma pervenirent promovere, contenderet, & conaretur duntaxat quibuſcunque, valeret, viribus paci & tranquillitati viam ſternere, & quod ſi idcirco in eum hoſtilia conſilia cuderentur, ſe ei non defuturum.

Aſt quam inani commento Catholicæ religionis ſtudium præ ſe tulerint Auriacus & ordines, cum interim eandem ſtirpitus evulſam cuperent, anno quadrageſimo quarto ſupra milleſimum ſexcenteſimum denuo apparuit; Cum rex, &, Regina regens Galliæ calamitatibus miſerorum Catholicorum commoti, illuſtriſſima procerum (*a*) legatione pro Catholicorum causâ intercedere dignati ſunt, qui tertio Martii eum in modum peroraſſe dicuntur.

Jam autem iſtud tam ſolemne & arctum fœdus. &c.

Nobis ſpem facit vos æqui bonique conſulturos interceſſionem, quam Regis & Reginæ nomine pro Catholicis harum Provinciarum ſubditis interponere meditamur, imprimis vobis ſanctè aſſeverantes, ſuas Majeſtates cuſtoditè & circumſpectè in omnium diffi-

(a) *Claude de meſmes Comte d'Avaux. Abel Servien comte de la Roche-aux-Aubiers & Caſpar Cognet de la Thuillerie Baron de Courſon.*

cultum anfractus diſquiſiſſe, quæ inde promanare poſſent, ut illis maturè occurrerent & quomodo ulla ſuſpicionis nebula Provincialium animis poſſet offundi? quod Rex, quod regis pater glorioſſimæ memoriæ, quod Henricus ille magnus, cui debetis cuncta dignitatum veſtrarum ornamenta, & qui illuſtriſſimis ſupremæ Majeſtatis inſignibus vos condecoravit, quicquam aut in veſtram aut in proprii operis perniciem machinarentur. id quod ſuæ Majeſtates a vobis expetunt, non magni moliminis eſt, cum nihil exigant ulterius, quam pro Catholicis veniam in privatis ædibus modeſtè ſua ſacra obeundi, ut pauperibus quibus non ſufficit copia ſacerdotem alendi, integrum ſit liberè & ſecurè à commiſſariorum veſtrorum inquiſitione ibidem Deum ſuum invocare. Non ignoratis, quod veſter inquirendi rigor nihil de Catholicorum numero carpat, & quod officialium rapacitati potius, quam publico conducat, ita ut illa ſeveritas eorum animos exaſperet, quorum multitudinem arcere non poteſtis, objicitis quod preces noſtras pro illis impendimus, qui & veſtri & noſtri hoſtes ſunt, aſt, ſit, ut velit, hoc negotium ſemper Chriſtianum decet, & ut politico lumine in id intueamini unicè rogitamus, concedamus, (ut, nihil dubii eſt) quod Catholicorum aliqui in hanc rempublicam infeſtis ingeniis flagrent, ſed unde id exortum ſit, vos interrogamus patres Conſcripti? Catholici, qui fœderi primo nomina ſuppeditaverunt, qui in hunc vos thronum extulerunt, qui vobis redemerunt difficillima auſpicia libertatis, jam eâdem exuuntur qui Hiſpanicam inquiſitionem eo quo vos odio depulerunt, ſub conſimili

ingemi-

ingemiſcunt, atque ut verbo abſolvamus, violentia quâ eorum religionem deprimitis, aſperitas quâ cœtus Eccleſiaſticos diſturbatis, prætorum aviditas, contumelia quâ dilaceratis, quod nobis venerabile & ſacroſanctum colitur aliquos immutare potuêre, ſin eos rurſus demereri, ſin ſtatum veſtrum ab eâ parte communire, ſin hiatum hunc conſolidare ſi bonos cives patriæ reddere ambitis, demite aliqua de veſtrâ legum duritie, Catholicorum & Hollandorum nomenclaturæ nullo duello diſſident, ab Hiſpano ſegregari etiam licitum eſt non proteſtantibus, Catalonia & Luſitania inde ſpecimen repræſentant, ubi Catholica religio incolarum pro libertate decertantium animos non debilitat, aliud exemplar ſuggerunt Helveti, quos profeſſionum diſcrimen a communi contra Auſtriacam domum, quam olim agnoverunt, defenſione non retardat. fixum certumque tenete Patres Conſcripti quod ſi, quam Regis & Reginæ matris nomine efflagitamus gratiam, Catholicis impertiatis, eam efficaciſſimi momenti futuram, & quod ſuarum Majeſtatum pietas illam recognoſcet, veſtrorum quoque concivium obſtringetis voluntates ne in alium quam in vos ſua lumina detorqueant ut ab ea parte aliquo ſolamine ſubleventur.

Aſt generales ordines jam dudum ad ejuſmodi patrocinia inflexibiles & rati eâ in Catholicorum officinâ fabricari, quod immane flagitium interpretabantur, immemores quot libellis, ſupplicationibus, & demonſtrationibus, Calviniana quondam cauſa annitentibus Catholicis apud Hiſpanos impunè purgata; poſtridie in miſeros Catholicos ſequenti decreto ſæviunt.

Ordines Fœderati belgii poſtquam maturo examine quoddam negotium hodie in ipſorum concilio agitatum introſpexêre, ſtatuunt, quod ea prorſus ratione, quâ a primâ reipublicæ origine Magiſtratibus fixum conſtitutumque fuit, ſubditorum conſcientiis nullam vim obtrudere ſed Religionem liberam inviolatamque privatos intra parietes permittere, eadem quoque de causâ nunquam conſultum duxêre, indulgere Papicolis uſum miniſteriorum verbo Dei contranitentium, & quæ in Deum blaſphemias, in proximos ſcandala, & Pontificiæ hierarchiæ principatum, ac in regem Hiſpaniæ affectum (id quod ex ſolemnibus ipſorum precibus compertum habemus) ſecum traherent. Hiſce tamen nequicquam conſideratis indies experimur, quod præfati Papicolæ illâ, quam ordines elargiuntur gratiâ minimè contenti, eo intolerandæ & hactenus incognitæ andaciæ provehantur, ut diverſis fraudum cuniculis ſeſe contra ordinum ſalutares intentiones obſtinent, idque vel exinde evidentiſſimum evadit, quod Galliæ Reginæ oratores in publicis ordinum comitiis pro emolliendis in Catholicorum favorem ſtatutis intervenire non dubitarint, cum autem ejuſmodi moderamen Reformatæ religionis, ac reipublicæ incolumitati, Chriſtianæ communitatis & incolarum tranquillitati adverſetur, ita ut in prima fundamenta pugnet ideoque nullus ei conſenſus attribui queat, declarant ordines ſe hanc temperandarum ſanctionum propoſitionem ægro animo accepiſſe & ad occurrendum malis, quæ inde timentur, reprimendamque pontificiorum vecordiam conſtituiſſe nova & ejuſmodi exceſſibus refrenandis conſentanea edicta quâ data

occaſione

caſione emittere. quod Senatuſconſultum per delegatos Regis & Reginæ miniſtros communicabitur. Actum 3. & 4. Martii 1644.

SECTIO XXIV.

NEminem credo adeo expertem miſericordiæ, quem Catholicorum fortuna lecto hoc decreto non afficiat, cujuſcunque demum ſit profeſſionis. Honeſtiſſimi enim Civium legum iniquitate obteruntur ab illis, quibus authoritatem firmitudinemque eas ferendi impetrarunt, patrocinio indigent imo depelluntur, qui infinita patrocinia, minas, arma & conſilia pro ipſorum causâ prodegerunt. Juſtum fuiſſet, ut quibus toties fecialium jus ruptum, extrema patientiæ quoque abrupiſſent, verum Orthodoxa Eccleſia eum morem non habet. Diſſimulandum tamen non eſt, quod Catholici eo tempore ſpe quamvis tenui ſuſtentabantur, fore ut poſt omnino abſolutum Hiſpanicum bellum clementius tractarentur, ſummotis quippe ſuſpicionum ſeminibus, quibus eorum cœtus (licet per calumniam) traducebantur, verum tantum abfuit ut poſt pacem anno quadrageſimo octavo cum Rege Hiſpaniæ concluſam ſævities remitteretur, ut eandem potius intenderint & plurima ſtatuta ſuperinduxerint. Imo fidem ſuam quam in tractatu & inſtrumento pacis Monaſterienſis aliquibus in articulis Romanorum rituum cultoribus celebri devotione obligarunt, iterum fœdiſſimè deturparunt. Articulis enim ſecundo, quarto, & undecimo utrimque conventum

 fuit,

fuit, quod ſubditi, &, incolæ in omnibus & ſing
lis partium contrahentium Provinciis, urbibus, o
pidis, &, pagis terrâ marique ſine differentiâ qua
tatis & conditionis, amicitias, mercatus, & mut
am ſocietatem ſine ullo impedimento exercerent, qu
ſi verò obſtaculum poneretur, illud reipsâ illico amo
veretur. Hinc Hiſpani liberrimum aditum in Braban
tinas Provincias prædicantibus & conſiſtorialibus p
tefecerunt, ordines è contra non tantum diverſas ro
gationes Hiſpanicis & Brabantinis Eccleſiaſticis ven
am domicilii in Provinciis præcludentes evulgarunt
ſed eorum plurimos in vincula & carceres compegerun
& graviori lytro quam belli tempore mulctarunt. In
Sevenbergico territorio Parochum Eccleſiâ, Eccleſiam
altaribus, & ornamentis, officiales Catholicos ſuis mu
niis ſpoliarunt contra ejuſdem tractatus quadrageſi-
mum quintum articulum declarantem; Catholicæ re
ligionis cultum eo in ſtatu eſſe perpetuandum, quo
vigeſimo ſeptimo Decembris anno quadrageſimo ſep-
timo habebatur, quo tempore integer & imminutus
Catholicis Romanis ibidem vigebat. Comitatus &
Civitatis Lignanæ Catholici frequentes queſtus de vio-
latâ tranſactione anni ſeptuageſimi octavi ſupra ſequi-
milleſimum (quæ Monaſterienſis pacificationis arti-
culo quinquageſimo confirmatur) detulerunt, ſed in-
caſſum, quamvis enim Romanarum cæremoniarum u-
ſus notabili expreſſione in ſtipulationem ibidem dedu-
ctus legatum & oppidum ea lege Principem Auriacum
receperit, nihil tamen à refractariis animis evincere
potuêre. Novêre qui Monaſterienſibus conventioni-
bus

bus interfuerunt, quam ſancte generalium ordinum legati, Principalium nomine aſſeruerint Cuycanos, Bredanos & Montenſes ad Zomam Catholicos eorumque ſacra non deteriori loco, poſt, quam ante confectam pacem futura, &, diſtrictus Sylvæducenſis incolas illis conditionibus fruituros, quas durantibus repreſſaliis, pro religione acceperant, verum neutrum obſervatum, ita ut publicata vix pace lamentationes Catholicorum, religione, dignitatibus, & officiis everſorum ubique inſonuerint. Calvinianus præco Martinus Schookius in ſuo belgio fœderato *(a)* ordinum conſtantiam in tuendis fœderibus magnis encomiis extollit, & quam ab illis violandis alieni ſint, exemplo Civium Moſæ trajectenſium adſtruere conatur, verum reticuit, quomodo Hagæcomitani ſtatus conſilium jam dudum contra pacta publica & jus gentium inhibuerit ne in religioſorum familias aliqui ſine ipſorum anthoritate allegarentur. Prætereo afflictiones & damna Ultramoſanis, & poſtelanis clericis ingeſta, non attingo quod contra textum articulorum ſexageſimi primi & ſecundi ſæpius legata in pios cœnobiorum aut Catholicorum Collegiorum uſus à teſtatoribus decreta; contra eorum mentem in profana aut etiam impia miniſteria averſa ſint.

(a) *Lib.* 3. *C.* 4.

Finis Libri Secundi.

ACTA

LIBER III.

SECTIO I.

ACTA PUBLICA

Diſſertationem concernentia.

Supplicatio nomine Romanenſium Harlemitarum Principi Auriaco præſentata in Majo Anno 1581.

MEo Domino Principi Auriaco Hollandiæ Gubernatori Remonſtrant perſonæ infra nominatæ, cives electioris conditionis pro ſe ipſis, & pro aliis ſuis municipibus maximam civitatis partem conficientibus tam Catholici quam alii: verum omnes communis belgarum ſalutis amatores, & fideles patroni, Quod veſtram Excellentiam, exiſtiment, non eſſe immemorem ſatiſfactionis 22. Januarii Anno 1577. Veriæ ſub ſignaculo & ſigillis veſtræ P. Excellentiæ & delegatorum Dominorum ſtatuum cum veſtrâ P. Excellentiâ urbi Harlemenſi conceſſæ, quâ ſatisfactione ſingulatim tam ſæcularibus quam Eccleſiaſticis viris, &, fœminis Harlemenſibus promiſſum fuit, quod in Catholicâ Romanâ religione, &, ejus exercitiis aſſererentur, quare etiam in ſequelam ulterioris diſpoſitionis hujus ſatisfactionis juramentum ab utriuſque religionis conſorti-

rtibus præſtitum fuit, ac tandem juxta eandem ſatiſ-
ctionem intra condicti temporis ſpacium Reformatis
emplum Bakenſſenſe fuit traditum ut ſuas ibidem
birent functiones, quæ omnia peracta ſunt cum
mnigenâ Reformatorum ſatisfactione, quod tamen
ullis aliis civitatibus, quibus donata eſt ſatisfactio,
uit indultum, videlicet quod templo in civitate ipsâ
otirentur, licet Reformati eo nondum contenti ali-
m adhuc Eccleſiam in Harlemenſis urbis medio apud
armælitas ad ſuos uſus nacti ſint cum illis duo tem-
la non deberentur, verum nec hiſce expleti Refor-
nati per imprudentem alicujus commiſſarii procura-
ionem ſummum templum Harlemenſe occuparunt,
oſtquam pudendâ, &, tamen inultâ patratione non
am ſtatuis & imaginibus evacuatum quam deprædа-
tum, innocens myſta trucidatus, civium multi vul-
nerati, & ſuperioribus indumentis exuti fuerant, & hoc
d ingentem ſupplicantium afflictionem, & Refor-
matorum non minimum ſcandalum, toti enim orbi
onſtabat quam ſolemnia ſupplicantibus promiſſa (ut
am dictum) addicta fuerint, qui nullam tamen cau-
ſam ſuggeſſerant cur tantâ violentiâ ageretur, niſi
uiſpiam id ſupplicantium in ſuſtinendis tot iniquita-
ibus patientiæ (quod tamen non eſt credibile) im-
utatum velit, cui patientiæ ſupplicantes conſtanter
nhærent amore ſingularis concordiæ, quæ inter ſup-
licantes & Reformatos ſuos concives non minus lau-
ando quam incredibili vinculo verſatur, qui tantâ
nter ſe amicitiâ vivunt ut ſolemne exemplum præbue-
int, quod in eâdem republicâ diverſæ religiones pa-

cifice

cifice exerceri queant, cum jam à proximo quadriennio & quinquennio nunquam de minimis rixis Harlemi, inter diverſæ religionis municipes auditum ſit, licet ſupplicantes tam atroci injuriâ ab aliis affecti ſint & hoc ne quidem inter pocula, in menſtruis ſagittariorum, vel aliis centuriarum collegiis & circulis. Id quod ſupplicantes credunt abunde veſtræ P: Excellentiæ conſtare, cujus cautiſſimæ prudentiæ, pietati, & ſinceritati ſupplicantibus confidendum erat, quod vel nec impoſterum ad novas injurias conniveretur, ſed illis ad minimum Romanæ Catholicæ Religionis ſacra ſalva forent in cœnobiis, & delubris ſuperſtitibus juxta publicas pollicitationes à veſtrâ P. Excellentiâ & Dominis ordinibus ipſis donatas, & juxta edictum quod (poſtquam ſummo templo ſupplicantes deſtituti erant) Harlemi fuit publicatum, quo Romanenſibus Catholicis denuo promiſſa fuit tuta & conſtans Catholicæ fidei ejuſque functionum libertas, huic ſuæ in veſtrâ P. Excellentiâ fiduciæ eâ de causâ firmius innitebantur ſupplicantes, quoniam eos non latebat, quod Romani Catholici Antwerpiæ & aliis in locis per veſtram P. Excellentiam in ſuâ religione, &, patrimoniis protegebantur in ſignum quod veſtra P. Excellentia ſedulâ curâ omnem diffidentiam, & hoſtiles contentiones arcere & excludere, &, à contrario cunctis ſortis amicitiam, &, concordiam ad mutuam firmitudinem inter Provinciales conciliare ſtudeat. Illi enim ingens rerum experientia facile veſtram P: Excellentiam edocuit.

Quod fides & religio quoque donum Dei ſit.

Quo

Quod, nulla religio armorum vi imprimatur.

Quod domeſtica noſtra religionum diſſidia hoſtius optima in nos arma ſubminiſtrent, & illis pro munimine ſerviant.

Et quod diſcordiarum ſemina inter populos, ubi contra promiſſa unus in alterius perniciem machinatur belli inteſtini flammas in patriæ everſionem & ruinam provocent.

Quod firmiſſima noſtra poteſtas in unione ſtrictâ conſiſtat, ita ut ob religionem contendere non debeamus.

Quod impoſſibile foret patriam in pace continere ſine permiſſione & veniâ libertatis religionum.

Quod duæ religiones non tantum in unâ Provinciâ aut urbe ſed etiam (quod plus eſt) in eodem ſacrario locum habere poſſint.

Quod ſacrorum miniſteriorum defectus palam ad Dei contemptum, & Atheiſmum vergat.

Et quod id congruat, ubi una pars alterius religionem vi exſtirpare contendit, cujus intentionis ſe nullatenus eſſe affirmant Reformati Antwerpiani. Id quod eâ etiam de causâ magis conſentaneum eſt, ut nempe illa religio defendatur (procul id abeſt ab exſtirpando) quæ jam ab exordio in Hollandiâ fuit frequentata, quam quod talis religio toleretur quæ nondum viginti annis publice eſt exercita, & cujus ante ſexaginta annos nulla mentio adhuc fiebat, quæ permiſſio illis ſaltem ſufficere debebat quare ſupplicantes valde admirantur quod Reformati in Hollandiâ in hiſce palam adverſentur ſuæ profeſſionis ſociis, qui Antwerpiæ

&

& alibi inveniuntur, idque adverſus nudam ordinum generalium, &, veſtræ P. Excellentiæ mentem, cunctis mortalibus ex veſtris actis, verbis, inſtrumentis & tam ſolemnibus promiſſis ſubſcriptionibus, & ſigillis munitis, elucentem. Cum tamen ſupplicantes perſpiciant quod ubique per Hollandiam Romanæ Catholicæ fidei functiones inhibeantur, pœnâ perturbatæ publicæ pacis contravenientibus dictatâ, idque vim eſſe conſcientiis illatam negari non poteſt, &, quod in eo ſecundum violentarum Caroli quinti ſanctionum capitulum reviviſcat, cum in rebus religionem concernentibus pœnam corporalem ſtatuat, quæ viſa à pleriſque imo ab ipſiſmet Reformatis prima & unica afflicti belli ruinæ cauſa habetur: facile enim intellectu eſt hâc violētiâ Romanos Catholicos arceri à Baptiſmo, plurimos etiam à matrimonio, audiendis concionibus, & aliis cultibus, quos conſequendæ ſaluti neceſſarios judicant, aut ſi ſalvâ conſcientiâ eoſdem prætermittere non poſſint (uti nullâ ratione poſſunt) neceſſe eſt ut ſub prætextu perturbatorum publicæ pacis pœnæ capitalis rei fiant. Qua de causâ, & quoniam indies plures rumores ad ſupplicantium aures deferuntur quibus aſſeritur ſuæ Romano-Catholicæ religionis cultum Harlemi quoque prohibitum iri, licet id ipſi non demeruerint, & quamvis tot & tam ſolemnibus ſponſionibus & juramentis ſit promiſſus, imo licet prompti paratique inveniantur ad ſubeundas publicas contributiones pro defenſione belgicæ libertatis, quæ in rebus exercitiiſque religionis conſiſtit, & quoniam Harlemenſes inferioris non debent cenſeri conditionis

quam

quam exiguum Woerdenſe oppidulum, ubi duæ adhuc religiones vigent, quamvis id ad Hollandiam protegendam nunquam ſit depopulatum & everſum, nec unquam promiſſum ſit duarum religionum frequentatio,, ut fidelis, miſera, & ſincera Harlemenſis civitas. Quocirca rogant ſupplicantes quam humillime, ut veſtra P. Excellentia per viam juſtitiæ, & æquitatis procedens ut Principem decet, & publica belgii ſalus expoſcit, non intermittat Romanos Catholicos Harlemenſes (qui cedunt poſſeſſione Cathedralis Eccleſiæ illis per vim ſubtractæ, idque in uſum Reformatæ religionis, ut inconcuſſa perſtet concordia amabilis, & glorioſæ civitatis Harlemenſis, quæ hactenus non obſtante aliquorum miniſtrorum fervore qui tamquam tumultuum incenſores pacem Harlemi labefactare contenderunt, inter ſinceros hoſce cives ad laudandam per omnem Europam memoriam ſtabilis & firma permanſit) defendere & tutari in ſuis exercitiis quæ Harlemi adhuc obſervantur, idque in cœnobiis ubi illa modo habentur, additâ Bakeneſſenci Eccleſiâ per Reformatos derelictâ, quam ſupplicantes offerunt ſuis impenſis reparare, quo facto aſſeverant Supplicantes quod omnis diffidentiæ anſa inter Harlemiticos cives ſublata & amica concordia magis magiſque ſtabilita & intenſa in honorem veſtræ P. Excellentiæ, & incolumitatem bonæ & everſæ civitatis corroborabitur, alias ſine dubio depopulabitur & tamquam deſolata ſaxorum maſſa deſeretur. Huic præſenti demonſtrationi & humillimæ ſupplicationi pauci ſolummodo ſubſignaverunt, ut omnem ſeditionum occa-

ſionem imo ipſius ſuſpiciones a ſe averterent, aſſerentes quod ſi veſtræ P: Excellentiæ eo numero ſatisfactum non ſit & veſtræ P. Excellentiæ placuerit per delegatos nulli partium obnoxios cenſum inſtituere, longè major pars civium, & inter eos plurimi Reformatæ profeſſionis tamquam amatores concordiæ & Harlemenſis urbis reperientur, qui ante omnia id, quod ſupraſcriptum, rogabunt & expetent. Subſignarant ſua nomina Gerardus Ravensberge, Rollant, Theodorus Nicolai, nos bekeſteyn, Nicolaus Johannis, Adrianus Teylingen, Herebortus Stalpaert vander Wielen, Johannes Arents, F. van neſſe, Adrianus Theodori, Petrus Hals, Wiggerus Nicolai, Stephanus Nicolai, Zoutman, Bereſteyn, J. Jacobi, Symon Nicolai, Backer, Gillis Gijsberti, P. van Hoorne, G. van Neſſe, P. vander Mathe.

BRUXELLENSIUM EDICTUM

Adverſus religionem Catholicam, ejus cæremonias, &, miraculoſum diviniſſimi corporis noſtri Salvatoris Sacramentum. De 1. Maii. 1581.

ETiamſi videatur majori Romanenſium numero exprobari non poſſe quod jam tot annis, tam multi terribiles, &, falſi errores circa illam religionem tolerati ſint, quibus imperitis hominibus fuit impoſitum, ſub ſpecie ſanctitatis tam reſpectu cultuum & fiduciæ in reliquiis & oſſibus, quam in ſtatuis ſanctorum, ſanctarumque

rumque, imo etiam in ſpeciebus Sacramentorum, & confidentiâ fictorum miraculorum, quæ tum uni tum alteri procedente tempore adſcripta ſunt, & adhuc minus ejuſmodi abſurditates & falſitates, quales nuper Dominis ſcabinis ex ipſiſmet inſtrumentis apertè & perſpicuè innotuerunt cum bona rerum cognitione. Videlicet, ex propriis documentis reperiri illam particulam (quæ hucuſque nomen Sacramenti miraculoſi tenuit) nunquam cruore conſperſam, ſauciatam nec ad ullam conſervationem, aut adorationem fuiſſe deſtinatam, aut in eum finem cuſtoditam, & quod pejus eſt, quod id, quod bonis hominibus exhibitum, adorationique expoſitum eſt non fuerit panis quædam ſubſtantia, aut ſpecies ſed anno cIↄ cI xxIx. tempore morbi ſudabundi bono populo tantâ neceſſitate oppreſſo, primò oſtenſum, & in ſubſtantiâ lineâ commixâ alii ſubſtantiæ loco trium ſanguinolentarum hoſtiarum in adorationem cum magnâ ſolemnitate publicatum ut aliquorum avaritiæ ſuffragaretur, quamtumvis nulla aut certè minima hujus mentio præcedentibus centum annis facta fuiſſet, ut etiam inſtrumenta, quæ de eo inventa ſunt tam reſpectu originis, quam prætenſorum harum particularum miraculorum miris modis ſibi mutuo obloquentia reperiantur & etiam quod talis ſortis, ut plurimum, ſint, cujus deſcribuntur & in concionibus quondam laudabantur ciſta Waverenſis, ciſta Sancti Anthonii & alia ſimilia, quæ Papa ipſemet in Concilio Tridentino condemnari curavit, videns quod abſurditates, &, furta in talibus latentia populum ulterius celari non poſſent,

 debuit

debuit etiam ex hac Eccleſiaſticorum avaritia proflu-
iſſe, id, quod præfati Domini invenerunt videl...
quod in hac civitate fuerit permiſſum adorare fruſ...
veterum ligneorum alneorum longuriorum (*a*) lo...
particularum crucis noſtri Domini, fruſta oſſium ...
miarum, canum, aliorumque animalium loco ſ...
ctorum oſſium & reliquiarum & quod adverſus ipſam
Romanæ religionis doctrinam ſepulchri ſanctæ Mariæ
fruſta, cranium ſancti Michaelis, & aliæ diverſimodæ ir-
rationabiles & impiæ res adoratione ſint cultæ, & quod
in aliquibus ſimulacrorum capitibus magna ſpacia
reperta ſint recipiendis oleis aut aliis liquoribus accom-
modata ut ipſæ ſtatuæ per ea ſudare viderentur aliæ
quoque imagines inſtrumentis intus proviſæ erant ad
movenda aliqua membra corporis, quod repreſenta-
bant, & quod nec morbus, nec adverſitas, nec for-
tuitum in hoc mundo quicquam fuerit, quod non
particulari patrono, aut prætenſo ſancto utebatur li-
cet ea ſanctorum nomina etiam conficta forent ut ſan-
ctus Brandarius patronus incendii (*b*) ſanctus Arnol-
dus perditarum rerum patronus, Sanctus Fyackerus
patronus Papillarum (*c*) & centum ſimilia, quo uti,
& ad ceremonias ardentium candelarum, aliaque eo
ſpectantia vidimus quemlibet potius, quam ad omni-
potentem Deum refugium ſibi quæſiviſſe; & quoniam
longâ experientiâ patuit Eccleſiaſticum ordinem in
ejuſmodi rebus permanſiſſe inemendabilem ne ſuæ a-
varitiæ

(a) *Elſe Latten.*
(b) *Brander.*
(c) *Spenen.*

varitiæ modis deeſſet munus præfatorum Dominorum fuit ejuſmodi errores tollere, quibus ſublatis erroribus, licet nulla ratio dictare videatur quod Romanenſes ſuę religionis miniſteriis deſtituerentur præſertim, ſi eadem edictis ex arbitratu Dominorum evulgandis refrenarentur: Attamen, quoniam palam eſt, quod communes patriæ hoſtes in omnibus conſpirationibus, quibus hanc urbem incendio, ſanguine, & abſolutâ internecione delere moliti ſunt, (ut in eo, quod Comes Egmontius, Jodocus Butkens, & quod Anderlechi Domini de Hauſſii ac multis occaſionibus frater Anthonius Ruyskenſvelt cum ſuis conſortibus tentarunt) ſolummodo ſubnixi fuerint ea aſſeclarum multitudine quæ iſtius Fratris Ruyskenſveltii conciones frequentabant & clandeſtino commercio quod cum diverſis iſtius cætus ſociis agitabant licet forſitan innocentibus & ignorantibus plurimis, prout in qualibet earum conjurationum inquiſitione experientia comprobaſſe videtur, & quoniam verendum eſt præfatos hoſtes eiſdem veſtigiis non obſtantibus tot conſpirationum ſuarum manifeſtationibus inhæſuros, aut quod alias ſint concinnaturi machinas ad hanc urbem proditione intercipiendam præſertim cum intus ipſis in promptu ſit eorum affectus & dexteritas, quos ante nominati Domini nuper ex civitate proſcripſerunt, quoniam periculoſa iniverant conſilia, quæ ſine dubio denudata non ſunt magno ſubſidio nec etiam remediis auricularis confeſſionis & aliis, quæ talia concernunt, præſertim dum magna hominum frequentia in miſſis & concionibus congregatur, ubi tam ſeditioſa facinora

 fabrican-

ſabricantur, qualia hunc Ruyskenſveltium cum ſuis clientibus ad magnum impedimentum numeroſæ innocentium multitudinis, & in diſcrimen hujus urbis patraſſe perſpeximus; quam obrem Domini mei Prætor & Scabini hujus urbis aliud judicare non potuerunt, quam, quod civitatis pax & ſecuritas exigeret, nulla Romanenſis fidei exercitia in Eccleſiis & ſacrariis permittere, ſed quod illa in aliquod tempus ſint ſuſpendenda, donec hujus urbis & communis patriæ res pacatiores habebuntur, & quod in illis temporis neceſſitatem ſequemur, prout ipſimet Romanæ religionis cultores longe minoribus de cauſis his ſuperioribus annis idem decreverunt & executi ſunt, publicumque propriæ religionis uſum ſepoſuerunt videlicet anno 1566. & pluribus ſequentibus occaſionibus, præterquam quod Domini aliis perſuadeantur rationibus, quas propalare pro hoc tempore Dominis inconſultum videtur. Jubent igitur omnibuſque imperant ut huic ſeſe decreto accommodent, & ut quilibet in excubiis & congreſſibus ſeſe quietè & pacificè gerat, nec ullus alteri quicquam, quod ad præterita quovis modo ſpectat exprobrabit, quoniam præfati Domini horum æternam ab omni parte oblivionem & amneſtiam introducunt aſſumentes quemlibet, cujus demum ſit profeſſionis, in ſuam ſingularem protectionem excluſis illis, qui capti ſunt & tribus aut quatuor aliis, qui præcedentis Ruyskenveltianæ conſpirationis fuère authores, & quod ſi quiſpiam impoſterum detegatur ad exprobrationes aut alias perturbatarum vigiliarum & concuſſæ quietis publicæ, diminutæque ſuperio-

rum

rum anthoritatis molitiones proceſſiſſe adverſus eum tamquam quietis publicæ hoſtem juſtitia experietur. Et ut nemo hujus ignorantiam obtendere queat ordinavêre mei Domini ut hoc decretum, publicaretur actum & publicatum ante hanc curiam in præſentiâ Dominorum ſuperius nominatorum primo die Maii 1581. Erat ſignatum P, Caſens.

A P O G R A P H A

Ex Litteris ſupremarum, Provincialium, & rationalium curiarum Hollandiæ ad Comitem Leyceſtriæ Hagæcomitis decimo octavo Septembris anno octuageſimo ſeptimo ſupra ſeſquimilleſimum datis.

EXcellentiæ veſtræ litteras nono hujus menſis datas una cum demonſtratione Dominis ordinibus generalis factâ accepimus, quæ inter alias diverſas res continet capitula ad harum Provinciarum ſtatum, & pacis tractatum pertinentia, de quibus ut libere deliberemus, ac noſtram conſultationem tranſmittamus veſtra Excellentia expoſcit. Ut igitur nos ad Excellentiæ veſtræ arbitrium componamus &c.

Quantum attinet ad alterum Capitulum imprimis Deo omnipotenti grates agimus, quod divinæ ſuæ Majeſtati placitum fuerit eo animum potentiſſimæ, &, Illuſtriſſimæ reginæ impellere ut illa perpendens afflictam Provinciarum earumque incolarum conſtitutionem non declinaverit eo, quem Provinciis addixit,

 ſuccurſu

ſuccurſu aſſiſtere, gratias quoque habemus toto ex pectore ſuæ Majeſtati, quod ipſi allubuerit præter hæc auxilia veſtræ Excellentiæ Perſonam in has Provincias delegare, cum illa jam dudum afflictorum Chriſtianorum, ac præſertim horum Provincialium protectoris & Patroni nomine & titulo inclaruerit &c.

Abundè nobis conſtat & palam profitemur, quod ſi firmam ac ſolidam pacem nanciſci poſſemus, conſervando Dei Gloriam, ejus Evangelium, publicamque ejus prædicationem, cum omnibus quæ eam ſpectant: ejuſmodi conditiones non ſolum non repudiandas ſed læto Deoque agente gratos animo eſſe ſuſcipiendas &c.

Verum res ita ſe habet, quod Rex Hiſpaniæ nulla ratione in pacem religioni Romanæ noxiam proclinet, hujus ſuæ mentis non obſcura ſed aperta & ſolemnia ſæpius protulit indicia. Hunc intentionis ſcopum manifeſtavit in tractatu Bredano cum expreſſâ teſtificatione quod nullius nequidem jotæ, Romanæ Religioni incommodæ indulgentiam facere, cogitaret Coloniæ apertius deſuper ſuum animum declaravit, imo nuper Daniæ Regi in eandem ſententiam reſcripſit. &c.

Verum licet quiſpiam poſſet defendere regis animum & intentionem immutatam eſſe & quod occaſionum, temporum circumſtantiumque difficultatum & belli ſeſe extrahentis afflictionibus commotus aliqua religioni eſſet elargiturus quibus hactenus obſtrepuit, imo licet ipſe omneſque Gubernatores, & Magiſtra-

tus

us ad datæ fidei cuſtodiam juramento devincirentur, & pro majori ſecuritate omnia præſidia Hiſpanica ex urbibus ablegarentur, tamen nihil profectum cenſemus. *Unicuique enim notum eſt quod inter eos qui Pontificiæ religionis profeſſionem faciunt fidei regula & articulus vigeat quod hæreticis fides non ſit habenda, ita in Concilio Conſtantienſi decretum eſt, quod, adverſus hos iſtos homines, qui ſub publicâ Cæſareæ Majeſtatis fide eo advenerant, executioni mandatum fuit, id ipſum indies à vicinis Principibus, qui Pontificiæ Eccleſiæ dediti ſunt, patrari, videmus &c.*

APOGRAPHA

Ex conſultatione Miniſtrorum Hollandicæ Provinciæ, dum ab illis anno octuageſimo octavo ſupra ſeſquimilleſimum Naſſovius exquirit, num Reformatorum conſcientia pacem ſufferre poſſet in qua libertas conſcientiæ & religionis cum miniſteriis & publicis functionibus quæ tum celebrabantur, ſtatueretur.

POſtquam ante biduum reſponderamus propoſitionem quæ de libertate conſcientiæ & religionis, ſuper quâ in pacis tractatu tranſigeretur, determinaveramus, denuo veſtræ Excellentiæ viſum fuit nobis tres quæſtiones enucleandas tranſmittere. &c.

Quantnm ad tertiam ſpectat controverſiam videlicet

cet an nos judicaremus, quod reformata religio ej… que cultores ejuſmodi ſtipulatione (nempe ut conſ… varetur publicum exercitium Reformatæ Religio… eo, quo nunc eſt, loco,) in hiſce Provinciis ſatis t… ſecurique forent, quoniam in hac propoſitione nu… ſit mentio de omni alia religione excludendâ: Idci… à nobis diſcuſſæ ſunt plurimæ difficultates quæ … Papalium Sacrorum reſtauratione, &, conjunctio… cum Reformatis cultibus admittendâ vel denega… (eo enim ſine dubio regis intentio collimat) noſt… opinione, provenient. Nos tamen in eam ſeceſſim… ſententiam, *nullatenus Excellentiæ veſtræ aut Dom… nis ordinibus ſuadendum eſſe. Ut in revocationem P… panæ religionis vel alterius profeſſionis admiſſionem co… ſenſum ferant* ſubſignatum erat nono Aprilis ab A… noldo Corneli & Henrico de Corput huic Conſilio… votis & nominibus ſuis vigeſimo tertio Aprilis ſuffr… gabantur Gerardus Staeteel Henricus Heiningus verb… miniſtri in urbe Zelandiæ Tholenſi.

Ita in claſſe Schouwenſi & Duvenlandiâ vigeſim… ſextâ Aprilis quoque deciſum ubi capitalis ratio dec… dendi iterum producitur. Videlicet. *Quia rex Hiſpa… niæ religionem profitetur inſtruentem hæreticis datam f… dem non eſſe cuſtodiendam.*

SECTIO

SECTIO II.

Edictum Ultrajecti Publicatum contra Papicolas 11. *Julii.* 1588.

DOmini mei. Gubernator Prætor conſules, & ſcabini Civitatis Ultrajectinæ omnibus annunciant quod Magiſtratus animadvertens Romanæ religionis conſortes non obſtante diverſorum interdictorum promulgatione plurimis in urbe locis clam religioni ſuæ operari, & numeroſos conventus advocare, unde hoc infeſto tempore difficillimi motus facile exſurgerent, ut nuper patuit, talibus maturè conſideratis ut cunctis moleſtiis præveniretur, ſequentia capitula & articulos propoſuerunt, quibus ſinguli obtemperabunt ſub mulctâ inferius dictatâ.

Imprimis ut eorum nullus quos Eccleſiaſticos aut ordinatos appellitamus, hac in civitate aut ejus territorio Romanâ religione fungi præſumet, ſub pœnâ, pro primâ vice, quod ſuis beneficiis, aut alimentis privabuntur, ac inſuper exſolvent quinquaginta aureos regales in uſum prætoris, dolatoris, & pauperum ita ut ad ſingulos horum triens accedet, illi vero, quibus facultas deërit penſitandi præfatam mulctam in quinquennium relegabuntur ex civitate ejuſque juriſdictione.

Pro reliquis vicibus in perpetuum deportabuntur ſub corporali pœnâ, nemo cujuſcunque ſtatus, qualitatis, aut conditionis ſive ſit (prætenſe) Eccléſiaſti-

cus,

cus, ſeu profanus, nobilis, aut ignobilis, civis, aut ſubditus vir aut fœmina interesit conventibus, ubi religio Romana celebratur ſub pœnâ viginti quinque aureorum realium, in uſum ſupradictum exporrigendâ per eum, qui adſuerit, & quod ſi ſolvendo non ſit, arbitrariâ, ex ſcabinotum æſtimatione, pœnâ caſtigabitur.

Item illi, qui Domiciliorum aut fundorum ſuorum copiam fecerint ad Romanam religionem frequentandam, in uſum ſupra nominatum contribuent centum aureos reales, quod ſi autem illis ſubſtantia deficiat arbitratu Judicum urbanorum punientur.

Aſt ut omni tumultui qui per milites aut alios animadvertentes quod alicubi Romanæ religionis exercitia fiant, moveri poſſet, præveniatur, commendant mei Domini omnibus militibus & aliis hominibus ſub capitali ſupplicio, ne conentur aut attentent hoc ſtatutum exequi,antequam Prætor, ejus vicarius aut quiſpiam ex civilium centuriarum ductoribus præſens fuerit, interim tamen illis permittitur myſtam cum ſuis ornamentis, &, auditoribus detinere, donec Prætor, ejus vicarius, aut civilium ductorum aliquis advenerint, qui ſe tum juxta ſtatuta gerent.

Edictum ordinum Hollandiæ circa. 9. Martii 1589. per omnes Hollandiæ urbes publicatum.

ORdo equeſtris, nobiles, &, Civitates Hollandiæ & Weſtfriſiæ repreſentantes Provinciæ ſtatus,

tus, omnibus hæc viſuris ſalutem. Quandoquidem non obſtante noſtrâ ſanctione 20. Decembris anno 1581. emiſſa plurimi, &, diverſi famoſi libelli cantilenæ, verſus, novellæ, & ſimilia per prælum, aut calamum indies publico communicantur, ac paſſim multi committantur errores in hiſce provinciis circa librorum editionem & Papalium aliarumque Chriſtianam fidem impugnantium ceremoniarum uſum tam in veſtibus clericalibus, quam ludimagiſtris conſtituendis, ita ut rudis plebecula hiſce facilè ad ſeditiones & diſſidia abriperetur, quod hoc præſertim tempore declinari debet. Quapropter audito præſidis, & conſiliariorum Provincialis Curiæ judicio denuo prohibuimus & interdiximus, prout prohibemus & interdicimus cujuſlibet ſtatus, nationis, qualitatis, & conditionis hominibus, ne famoſas aut ſeditioſos libellos, novellas, cantilenas, carmina, & verſus cujuſcunque demum ſortis ſint, ullo idiomate impoſterum in hiſce Provinciis imprimant, imprimi curent edant vendant aut diſtribuant, ſub pœnâ jacturæ libellorum, cautionum, &, aliarum ſcripturarum ac inſuper ſolvent pro primâ vice centum Carolinos florenos pro ſecundâ duplicem mulctam ſuperadditâ pœnâ arbitrariâ, atque ut id quod à nobis ſtatuitur correctius impleatur & obſervetur, inhibemus omnibus librorum impreſſoribus in Hollandicâ & Weſtfriſicâ Provinciâ ne quicquam imprimant, aut edant, antequam id a nobis noſtris delegatis, aut aliis qui ab urbanis Magiſtratibus adhoc deputati erunt viſum examinatum & admiſſum fuerit, nec integrum erit poſt

datam

datam licentiam eidem quicquam adjungere aut demere, quo fine omnes librorum impreſſores obſtringuntur ſibi reſervare autographum omnium librorum & actorum, quæ imprimENT, &, id ipſum ad noſtros conſiliarios delegatos tranſmittere antequam eorum aliqua edantur aut vendantur, ut explorent, num poſtmodum quicquam additum aut ſub ductum fuerit. Eo quoque fine omnibus impreſſoribus injungitur ut ſuis exemplis proprium, domicilii, anni, authoris aut, tranſlatoris nomen ſubnotent pro primâ vice ſub pœnâ (*a*) centum pondo, quadraginta maximas in pondo numerando, & amiſſione exemplorum, & pro ſecundâ vice, ducentorum ejuſmodi pondo, exemplorumque privatione, ac pro tertiâ vice trecentorum pondo ac decennalis relegationis punitione idcirco tenebuntur impreſſores hujus Patriæ ante decimam Aprilis ſe nobis aut noſtris commiſſariis ſiſtere ad renovandum coram illis Sacramentum, quod in omnibus ſeſe huic textui conformabant, ſub pœnâ, quod in ſingulos menſes quibus poſt elapſum terminum venire ſuperſederint centum pondo quorum 40. maximæ pondo valent, luent, inhibemus quoque omnibus noſtrarum ditionum incolis, ut & illis, qui eaſdem frequentant ne in hujus Patriæ civitatibus, vel ruri, in aliquibus templis, privatis ædibus, &, habitaculis agris, navibus aut ſcaphis ullos virorum aut mulierum cœtus colligant, aut agitent, ubi miſſa aut alia Papanæ ſuperſtitionis exercitia peragantur, vel, audiantur, ſub quo demum obtentu id clam vel pa-

lam

(a) *Hondert pont van 40. grooten 't pont.*

lam eſſe poſſet, ſub ducentorum florenorum mulctâ per eum luendâ, in cujus domo, agro, navi aut ſcaphâ illa celebrata fuerint, & ut ille, qui hanc miſſam vel Papanam ſuperſtitionem celebraverit in perpetuum Hollandiæ & Weſt-Friſiæ territoriis excedat, quo ſi revertatur, publicâ deportatione ſub pœna capitali expelletur & ſuis alimentis (ſi quæ habeat) deſtituetur, nemini quoque permiſſum erit in ullis Hollandiæ & Weſt-Friſiæ urbibus, aut locis in domo aut horto talem hoſpitari, ſub pœnâ centum florenorum pro primâ vice, ducentorum pro ſecnndâ, trecentorum pro tertia additâ deportatione (ut ſuperius) in eum, qui hoſpitium, domum aut agrum præbuerit. Illi vero, qui præfatam miſſam aut Papales ſuperſtitiones, auſcultarunt jacturam facient ſuorum alimentorum (ſi quod jus percipiendi habeant) ac ſingulis inſuper vicibus quibus id fecerint ſive in opere deprehendantur aut poſtmodum convincantur, exſolvent mulctam viginti quinque florenorum, conſimilem viginti quinque florenorum mulctam luent, qui eiſdem præſentes interfuerunt, & ſuperius quoque indumentum perdent, ſi ibidem inveniantur. Interdicimus etiam ut nulli in plateis, aut locis publicis impoſterum compareant, niſi profanis veſtimentis induti ſub pœnâ amiſſionis omnium aliarum veſtium juſtitiæ miniſtris aut illis qui ad exequendum â Magiſtratibus urbanis conſtituentur, applicandarum. Prohibemus quoque ne ulli viri aut fœminæ in, aut extra civitates Hollandiæ & Weſt-Friſiæ ludos litterarios habere, & juventutem inſtituere ſuſtineant niſi prius a ſui Domi-

cilii

cilii urbanis Magiſtratibus examinati, & admiſſi, ſint ejuſque admiſſionis teſtimonium in ſcriptis acceperint Quantum autem ad rurales ſpectat, volumus, ut ſimiliter ludimagiſtri examinentur & comprobentur ab officialibus pagorum & territoriorum agnoſcentium ſupremam mediam aut minimam juriſdictionem Hollandicæ & Weſt-Friſicæ dominationis, ut & in diſtrictibus particularium dominorum idque ſub pœna centum pondo, pro primâ vice, pro ſecundâ, ducentorum, pro tertiâ trecentorum, & relegationis in decennium, interdicimus præterea Magiſtratibus civitatum, capitalibus prætoribus, Dominis & Toparchis, ne illis, quod ad ſcholas aperiundas admiſerunt, conſentiant ut pueros in libris Chriſtianæ religioni contrariis informent, ſub arbitrariæ punitionis correctione, intelligimus etiam quod mulctarum unus triens prætori, qui executionem explebit, alter delatori, tertius rei publicæ dicabitur. Commendamus itaque ſpecialiter præſidi & conſiliariis Provincialis Curiæ, hujus Provinciæ, Advocato & procuratori fiſci, omnibus officialibus juſtitiæque adminiſtris ut hoc noſtrum ſtatutum obſervent & obſervari curent juxta ejus præſcriptum puniendo, curandoque ut punientur omnes qui illud egredientur, & ut hujus noſtræ voluntatis ignorantiam nemo queat obtendere, commendamus ut in locis omnibus, ubi publicatio ſolet fieri, evulgetur.

Ordinum

Ordinum Hollandiæ edictum quo juventuti inhibetur ex Hollandiâ excedere, & univerſitatem Lovanienſem, Dolanam aut alias quæ ab hac parte montium Regis Hiſpani imperio obſequuntur ſtudiorum causâ adire de 12. *Martii.* 1591.

EQueſtris ordo, nobiles, & civitates Hollandiæ repræſentantes Provinciæ ſtatus omnibus hæc viſuris vel audituris ſalutem. Quandoquidem ad noſtram cognitionem perlatum eſt indies à ſupremâ & Provinciali curiâ in advocatos acceptari, qui in univerſitatibus promoti ſunt, ubi defenſionem Romanenſium errorum, &, ſuperſtitionum interpoſito Sacramento ſuſceperunt, & quod quamplurimi juvenes tamquam ſtudioſi ſeſe quotidie ex his terris Lovanium, Duacum, Dolam & ad alias univerſitates Regis Hiſpaniæ ditioni ſuppoſitas conferant, ubi non ſolum dogmatibus veræ religioni Chriſtianæ ſed & Provinciarum ſtatui & regimini adverſis imbuuntur, quod mali exempli & conſequentiæ res eſt, cui ut præveniatur, ideo eſt, quod initâ deliberatione cum ſupremæ & Provinciali Curiæ præſide primo, & reliquis conſiliariis interdiximus & inhibuimus, interdicimus & inhibemus hiſce ſpecialiter, ne impoſterum ullus in ſupremâ aut Provinciali Curiâ tamquam advocatus aut ad adminiſtrationem alicujus muneris, vel officii in hiſce terris admittatur, qui poſt evolutum ſex menſium terminum à publicatione hujus, gradum

promotionis in univerſitate ſuſceperit, in quâ ſeſe ad tutamen Romanorum errorum & ſuperſtitionum juramento obligaverit, mandantes ſupremæ & Provincialis Curiæ conſiliarii ut eos qui taliter jurati & promotionem nacti ad advocatiam jam cooptati ſunt, aut qui intra ſex menſes ejuſmodi Sacramento impliciti ad admiſſionem aſpirabunt, ad ſe citent, & faxint, ut ejuſmodi juramento renuncient, quo facto, eos à prædicto Sacramento abſolvent, cui expediendo negotio ſingularem ſupremæ & Provinciali Curiæ authoritatem conceſſimus uti hiſce concedimus, ſub conditione, ut talibus fidelitatis juramentum ab aliis præſtitum injungant, inhibuimus ulterius, uti inhibemus ne ulli cujuſcumque demum conditionis, aut qualitatis ſit ſub velamine & obtentu quod ſtudioſus ſit, liceat ex hiſce Provinciis ad univerſitatem Lovanienſem, Duacenam, Dolanam & alias ab hac parte alpium Hiſpaniæ Regi ſubditas proficiſci, jubentes illis qui ex Provinciis ſeſe ad tales univerſitates contulerunt, ut intra ſex menſium ſpacium poſt hujus publicationem ex illis univerſitatibus emigrent. Utrobique ſub pœnâ trecentorum florenorum in annos ſingulos, quos ibidem ſubſiſtendo extrahent, qui pro duabus portionibus in utilitatem collegii Lugduno-batavi & pro reliquâ in rem prætoris, & delatoris cedent inter utrumque diſtribuenda, quorum executio dirigetur in contravenientium facultates in hac patriâ ſitas, aſt qui talibus deſtituuntur, in eas, quas parentes poſſident modo, ſi talia filiis conſenſerint, dato quoque contravenientibus regreſſu contra ſuos tutores, ſi ab ipſis ad ejuſmodi

ejuſmodi univerſitates miſſi adverſus hujus ſtatuti textum ibidem detineantur. Ne quis autem hujus noſtræ mentis ignorantiam habeat prętendere mandamus & jubemus ut hoc edictum ubique per totam patriam proclametur & publicetur, Imperamus ſupremę quoque & Provinciali curiæ ut & aliis tribunalibus, & officialibus in Hollandiâ & Weſtfriſiâ ne huic ſeſe accommodare omittant, curentque ut quilibet alius ſeſe accommodet & ut peccantes ſine conniventiâ puniantur. Exiſtimamus enim Patriæ ſalutem id exigere. Datum Hagæ Comitis ſub ſigillo huic impreſſo per formam ſtatuti 12. Martii 1591. ſubjectum erat ad manda tum præfatorum ordinum. Signatum C. de Rechteren.

Reſcriptum Dominorum ordinum Hollandiæ & Weſt-Friſiæ in confirmationem Edicti adverſus Papicolas & Jeſuitas emiſſum. 17. *Januarii* 1609.

Honorande, prudentiſſime Amice.

Diutius intermittere non potuimus multiplici rumorum famâ, & litteris admoniti quæ omnibus ex partibus per fideles patriæ, ejuſque tranquillitatis amatores ad nos perferuntur quod indies majori numero ex Provinciis hoſti, & aliis etiam ſuppoſitis in hanc Hollandicam Provinciam Jeſuitæ, Myſtæ, Monachi & alii miniſtri appellant, qui hic tam in ur-

bibus quam ruri cœtus colligunt populum Papalibus &,idolatricis ſuperſtionibus ſeducunt eiſdem inculcando legitimum Provinciarum regimen ſupremam non habere Majeſtatem, & quod illi nec contributionum nec ſervitiorum debeatur obedientia, ideo U. L. aliiſque omnibus in Hollandiâ & Weſt-Friſiâ officialibus iterum commendamus, imperamus, &, jubemus omni zelo & diligentiâ in ejuſmodi Jeſuitas, myſtas, Monachos & alios miniſtros ex aliis territoriis in has partes ventitantes, & ibidem conventicula agitantes invigilare, eoſdem, perſequi, capere, & judicibus ſiſtere, utque, ex ſtatutis à nobis in ejuſmodi hominum ſortem emiſſis plectantur, ſatagere. Et ut hæc juſſa majori emolumento perficiantur U. L. liberum, erit operâ aliquorum hominum uti, quorum ſagacitate tales adventores Jeſuitæ, Myſtæ, &, Monachi, detegantur, & juſtitiæ tradantur, qui id præſtando ducentorum florenorum præmio in ſingula capita numerando remunerabuntur. Quod autem illos concernit, qui hic eam religionem profitentur tibi U. L. hiſce injungitur ſingulari inſpectione advertere ut intra ſtatutorum limites coërceantur, quæ ſi egrediantur curabis ut juxta illorum decreta caſtigentur, in eo muneri tibi impoſito non deëris, Patriæque tranquillitati, &, bonæ noſtræ voluntatis ſatisfactioni ſtudebis. Ut vobis confidimus hiſce.

Honorande Prudentiſſime Amice ſit Deus vobiſcum ſcriptum Hagæ Comitis 17. Januarii 1609. ad mandatum ordinum. Signatum à Duyck.

SEC-

SECTIO III.

Edictum Celſorum & Præpotentium Dominorum ordinum Generalium fœderati Belgii, continens decretum cui ſeſe Jeſuitæ Myſtæ & Monachi Pontificiæ & Romanæ religionis in has terras adventantes attemperabunt; Cum interdicto, quo incolis inhibetur ne ſe Sacramento, aut alio modo ad propagandam Romani Pontificis poteſtatem obſtringant, aut, conventus vel pecuniarum collectas pro Romanâ ſuperſtitione celebrent, cum aliis articulis huic annexis. Quod eſt concluſum 26. Martii. 1612.

ORdines generales fœderati Belgii omnibus hæc viſuris, vel legi audituris ſalutem. Quandoquidem certiſſimis nunciis inſtruimur multos indies ſacerdotes Monachos & alios prætenſe Eccleſiaſticos qui Pontificiam religionem & imprimis damnoſam Jeſuitarum ſectam profitentur, in fœderatas Provincias irrepere ibidemque morari, & exotica ſua dogmata inter bonos incolas diſpergere & urgere, imo quod diverſas & in verbo Dei prohibitas inculcent ſuperſtitiones. Imprimis autem deſudant ut uſurpatam Romanorum Pontificum Tyrannidem ſtabiliant, eam

non ſolum in Eccleſiaſticis ſupra omnia univerſalia concilia, ſed etiam in profanis ſupra poteſtatem cunctorum regum Principum & rerumpublicarum elevando, ita etiam ut de perſonis Regum & Principum, eorum regnis, terris & ſtatibus decernere queat, ſubditoſque à debitâ obedientiâ deflectat, qui actus ad populorum tumultus & ſeditiones palam declinant, quibus in motibus occaſio ad patranda quam plurima execrabilia & funeſta facinora ſuppeditatur, quorum recentia & legitima teſtimonia in Galliâ, Britannia & venetâ republicâ in promptu habentur, &, quoniam inter nos, &, etiam aliquos alios fœderati belgii ordines quondam è re publica fuit judicatum, concipere, &, publicari facere diverſa ſtatuta & decreta tum ut illis impediretur, ne Provinciales præfatis erroribus Chriſtianæ Religioni ut etiam legitimo Patriæ regimini contrariis inficerentur, & ut illi, qui modo infecti, aut Sacramento de protegendis Papalibus erroribus &, inter eos, præfatis damnoſis Doctrinis impliciti ad nullas dignitates aut officia adoptarentur, tum ut cœtus & congregationes (quod etiam jure communi licet) diſſiparentur, quæ publico ſingulare damnum & diſpendium inurunt, & ut omnes clandeſtinarum collectarum opportunitates tollerentur, quæ patriam depeculantur, & quoniam neceſſe eſt, ut talibus generaliter provideatur etiam ad obſervandam concordiam, & ordinem inter Provinciales & vicinos, & excolendam mutuam familiaritatem juxta icta fœdera cum perenni Patriæ libertatis & ſecuritatis defenſione, ſub bonis legibus, quibus omnibus, ut in aliis regnis

&

& ditionibus, obtemperandum eſt. I D C I R C O E S T. Quod nos, poſt diverſorum ſtatutorum tum in hac quondam Patriâ, tum in vicinis regnis & territoriis publicatorum examen, habitâ conſultatione ſuæ Excellentiæ, & conſilii Status ſtatuimus & ediximus uti ſtatuimus, & hiſce edicimus, quod omnes ſacerdotes, Monachi, Jeſuitæ, & alii prætensè Eccleſiaſtici, & religioſi Romanenſis profeſſionis, cujuſcunque ſint ordinis, qui intra duas ab hac publicatione menſes haſce fæderatas Provinçias adire intentent obligabuntur in primis ſui appulſus, ut & ſingulis locorum, ubi pernoctabunt, limitibus nomina, qualitates, & hoſpitia ſua deferre, ad officialem loci ſi ibidem commoretur, aut alium qui ibidem reperietur, idem quoque poſt lapſum duorum menſium factitare tenebuntur ejuſmodi qualitatis homines, qui in has Provincias modo advenerunt, nec certum aut manifeſtum domicilium defixerunt, id quod ſingulatim à præfatis officiailibus deſignabitur: Inferiores autem officiales ſuperiores præfectos, præfecti vero locales Magiſtratus extemplo de omnibus admonebunt, ut tam ab uno, quam alio ſedulo caveatur, ne per ejuſmodi alienigenas quicquam contra publicam ſalutem fabricetur. Et caſu quo harum perſonarum quiſpiam nomen ſuum eo, quo, dictum eſt, modo non detulerit quinquaginta florenorum mulctam perſolvet ac inſuper ex Provinciarum ditionibus exterminabitur, ſub pœnâ deportationis publicæ, ſi revertatur. Omnibus quoque commendamus, apud quos Jeſuitarum, Sacerdotum, Monachorum, aliorum

Eccleſiaſticorum, aut, religioſorum aliqui divertentur, ut inquirant an tales eâ, quâ dixi, ratione nomina ſua indicaverint, quod ſi id factum non fuerit, nomen & qualitatem ſui diverſoris antequam tertia adventus nox exſpiraverit officialibus ſub mulctatione centum florenorum ſignificabunt, nec ullus ſe purgare poterit eâ excuſatione, quod eum, cui hoſpitium præbuit non cognoviſſet, illis ſolummodo exceptis, qui publicam cauponam exercent, de quorum ſcientiâ nulla admittetur probatio. Singulis præterea Provincialium interdicimus, ne poſt hujus publicationem aliqua Jeſuitarum collegia aut ſcholas frequententent, ſub pœnâ quod æternum inidonei habebuntur obeundis in hac Patriâ muneribus, & beneficiis præbendiſque percipiendis, & penſitabunt deſuper ex ſuis patrimoniis in ſingulos menſes quibus in eiſdem ſcholis aut collegiis hæſitabunt centum florenos, eadem quoque inhabilitatis & pecuniaria pœna illos manet, qui ante hanc publicationem talia collegia aut ſcholas adierant, & ante duorum a peractâ publicatione menſium exitum non revertentur, directâ executione in parentes & tutores, ſi ejuſmodi ſtudioſi nullas facultates poſſideant niſi ad tales ſcholas aut collegia ſeſe repugnantibus parentibus & tutoribus contulerint, quo caſu illis inhibetur, ne ullas pecunias ipſis ſubminiſtrent ſub pœnâ & mulctâ ſupranominatâ, propriâ ex ſubſtantiâ luendâ. Reſcindimus præterea aç nullas declaramus alienationes & bonorum obligationes quæ ab illis impoſterum perficientur qui in prædictis collegiis & Gymnaſiis contra dictum ſtatutum manere, aut eadem adire ſu-

ſtinebunt;

ſtinebunt, eorum quoque donationes, teſtamenta, codicillos & alias diſpoſitiones infirmamus, quæ eo, quo in dictis ſcholis vel collegiis ſubſtiterunt, tempore celebrabuntur. Prohibemus ulterius ne ulli indigenæ vel Patriæ incolæ ad publica officia vel munia in hiſce terris ſuſcipiantur qui gradum ſuæ promotionis duobus ab hac publicatione menſibus acceptabunt ſub jurejurando de defendendis Romanenſibus erratis & ſuperſtitionibus, & quod illi, qui poſt pacificationem anno 1576. Gandavi initam, taliter jurati ad munia publica fuerunt admiſſi, intra duos menſes poſt hujus publicationem ab ejuſmodi juramento poſtulabunt abſolutionem, fidelitatiſque Sacramentum præſtabunt juxta loci conſuetudinem ubi commorantur, niſi jam antea illud ſubiiſſent juramentum, aut Romanis ſuperſtitionibus propatulâ confeſſione renunciaſſent, atque ut talis peragatur abſolutio, novumque Sacramentum acceptetur, loci Magiſtratibus, ubi ea fient, ſpecialem ad hoc authoritatem impertimur, eorum autem munia, qui talia renuent perficere, ipſo facto vacabunt, nec illis integrum erit ea impoſterum adminiſtrare. Injungimus inſuper illis omnibus qui præfato juramento irretiti promotionem ſumpſerunt aut poſthac ſument ſuumque domicilium in unitis Provinciis conſtituerunt, aut, impoſterum conſtituent, ut, ante menſis unius lapſum ab hujus publicatione, vel poſtquam habitationem in his Provinciis elegerint coram Magiſtratu loci ubi morantur compareant, ibidemque fidelitatis juramentum præſtent, ſub pœnâ; ſi huic conditioni deficiant, quod ex Provinciis

cedere compellentur, id ſi non faxint, primo menſe evoluto luent quinquaginta florenos, ſecundo centum, quod ſi tertio demum menſe exſpirante nondum exceſſerint, extemplo publice proſcribentur. Prohibemus & interdicimus quoque omnibus tam urbium quam ruralibus incolis, & aliis hanc Patriam frequentantibus, ne ullum concurſum aut congregationem virorum vel fœminarum in templis, privatis domiciliis, locis, pratis, navibus aut ſcaphis admittant ad aliquas miſſas aut alias functiones Pontificiarum ſuperſtitionum, ad hortationes, dogmata, aut lectiones peragendas, vel audiendas, aut alia aliqua conventicula eorum qui Romanam religionem ſectantur, celebranda, nec etiam curabunt ut celebrentur, licet nec ſacerdos, nec Monachus nec alius quiſpiam adeſſet qui eaſdem functiones lectiones vel adhortationes poſſet obire, quo demum ſub involucro aut clam aut palam id inſtitui poſſet, ſub pœnâ ducentorum florenorum ſolvendorum per eum, in cujus domo, prato, navi, aut ſcaphâ id peractum erit, & ut ille, qui miſſam aut Papales ſuperſtitiones, ad hortationes, aut lecturam fecerit in perpetuum exilium deportetur ſub pœnâ corporali, ac inſuper arbitrariâ mulctâ coercebitur nempe ſi ex alio territorio in hanc Patriam advenerit, ſi autem talis ſit, qui in Provinciis habitat, excedere debebit, ſtatutâ pœnâ æternæ proſcriptionis & ſi revertatur, corporali, jacturam præterea ſubibit beneficii aut alimentationis, quâ fruitus fuit, nec ulli impune erit talem in aliquâ harum Provinciarum civitate, vel loco in hoſpitio domo vel horto ſuſcipere, indictâ

indictâ centum florenorum mulctatione contravenientibus, & præbentibus hoſpitium domum, vel hortum pro primâ vice, pro ſecundâ, ducentorum, pro tertiâ trecentorum, & ſupra memoratæ proſcriptionis. Illi vero, qui eaſdem miſſas Pontificias ſuperſtitiones, adhortationes, & lecturas auſcultarunt cadent jure percipiendorum beneficiorum & alimentorum ſin quibuſdam fruebantur, & inſuper ſolvent ſingulis vicibus quibus talia perpetrarunt, viginti quinque florenos, ſive in ipſo actu comprehendantur, ſive poſtmodum id innoteſcat, conſimilem quoque viginti quinque florenorum mulctam luent omnes alii, qui præſentes adfuerunt, ac inſuper illis, qui ibidem reperientur ſuperiora amicula auferentur. Intelligendo quod ſi quiſpiam aliqua dogmata proſeminaſſe aut propoſuiſſe convincatur, quæ in Provinciarum regimen offendunt, vel ſubditos ab obedientia avertunt talis ſeditioſorum & turbulentorum corporalem pœnam non evitabit, imo morte punietur, ſi rei gravitas id expoſtulet: mandamus quoque, ut ille, qui ſub prætextu, quod Romanenſis ſectæ ſit, matrimonium aut baptiſmum apud ſacerdotem aut Monachum reiterat præfatarum pœnarum & mulctarum reus agetur, illi quoque, ſive mares, ſeu fœminæ qui talium congregationum, & conventiculorum indicium facient, quadruplo plus, quam, qui in eiſdem comparuerunt, perſolvent. Inhibemus præterea expreſſe omnibus Provincialibus & alienigenis, qui Provincias frequentant ne ullas pecuniarum inſtituant collectas ad eaſdem extra Patriam exportandas in uſum Eccleſiarum, Eccleſia-

cleſiaſticorum vel religioſorum conventuum, vel aliorumcunque hominum, nec ullus talibus collectis quicquam contribuet ſine ſpeciali ſupremi Provinciarum regiminis conſenſu, & veniâ; dictatâ corporali punitione & omnium bonorum confiſcatione illis, qui ejuſmodi collectas peragent, aut nummos extra Patriam deferent, illi vero qui eiſdem quicquam penſitarunt, arbitrariam pœnam incurrent ac inſuper ſolvent quadruplo plus quam contributioni intulerant. Hæ omnes mulctę pro triente adiudicabuntur officiali, qui executionem complebit, pro alio triente, delatori, & pro reliquo publicæ utilitati. Hiſce tamen non obſtantibus ſalva manent particularia Provinciarum ſtatuta quæ de talibus negotiis agunt. Et ut nemini ignorantiæ prætextus aut allegatio ſuperſit. Requirimus & annunciamus ordinibus, vicariis, delegatis judicibus, & delegatis ſtatibus Geldriæ, Comitatus Zutphanienſis, Hollandiæ & Weſtfriſiæ, Friſiæ, Zelandiæ, Ultrajectinæ ditionis, Tranſyſulaniæ, Civitatis Groeningenſis & Ommelandarum. Imperamus & jubemus quoque Concilio Brabantino & Flandrico, Drenthiæ, Veddenæ & Weſterwoldingerlandiæ Prætoribus & omnibus aliis Juſtitiæ & dignitatum miniſtris, quos talia ſpectant, ut extemplo hoc noſtrum edictum paſſim promulgari & publicari faciant quibus locis proclamationes, &, publicationes fieri ſolent. mandamus quoque Cancellariis, præſidibus, Conſiliariis, advocatis Fiſci omnibuſque officialibus & judicibus Vaſallis quoque juriſdictionem exercentibus, ut hoc noſtrum edictum obſervent;

ſervent, & obſervari curent, agendo in tranſgreſſores ſine gratiâ, favore, diſſimulatione & compoſitione: injungimus etiam omnibus prætoribus ne ſuper contentis hoc in ſtatuto tranſigant, ſed eadem exequantur, & trientem publico debitam fideliter in tabulas accepti referant quatenus adminiſtrationum tenor eos obligat, nec delatores aliquâ trientalis portionis parte defraudabunt. Idque ſub pœnâ privationis officiorum, ſuperaddita arbitrariâ correctione: Quandoquidem hoc in uſum fœderati Belgii neceſſarium ducimus. Sic decretum, in concilio nominatorum Statuum generalium. Hagæ Comitis die vigeſimo ſeptimo Martij. Anno milleſimo ſexcenteſimo duodecimo. Contra ſcriptum I. De Oldenbarnevelt Ur. ſubjectum erat ad mandatum horum DD. Ordinum Generalium. ſignatum C. Aerſſen.

E D I C T U M

Celſorum, & Præpotentium Dominorum ordinum generalium Fœderati Belgii contra papicolas de 26. Februarii. 1622.

Ordines generales fœderati Belgii omnibus hæc viſuris aut legi audituris ſalutem Quandoquidem damnoſa funeſtaque (a) Jeſuitarum ſecta, & alii myſtagogæ, Monachi, & prætenſe Eccleſiaſtici, aut, religioſi Romanenſis profeſſionis, non obſtante quod per induciarum exitum in apertum cum Rege Hiſpaniæ ejuſque aſſeclis reincidimus bellum, ſuſtineant in

(a) *Moordadige.*

in has Provincias, urbes, & rura venire, ut ſuis adulteris dogmatibus bonos incolas ad Idololatriam, & averſionem à legitimâ ſuperioritate (ſeducant) & ad Principum cœdes, omnigenaſque proditiones exſtimulent ut Regis Hiſpaniæ & ejus conſortii mundanam, Pontificis vero Romani ejuſque clientum Eccleſiaſticam tyrannidem & abſolutum in provincias dominatum promoveant, colligentes omnis generis prohibita conventicula in perniciem ſtatus publici harum regionum, conantes quoque à patrum obſequio filios & à debito maritali uxores abſtrahere, prout diverſis probationibus planum factum fuit, adverſus quas machinationes à nobis, & etiam à particularium provinciarum ordinibus, ad exemplum laudabile diverſorum regum & rerum publicarum diverſa edicta condita ſunt quibus hiſce nullatenus derogamus, exceptis articulis in quibus hiſce aliter ſtatuitur, verum ut nos contra tam maleficos. & damnoſos homines ad huc melius armemus neceſſe duximus nobis magis adhuc providere. IDEO EST. quod inhibuimus & interdiximus, ut inhibemus & interdicimus, ne ulli Jeſuitæ nec qui aliquà ratione ad eorum ordinem aut gradum pertinent, neque ſacerdotes Monachi, aut alii ordinati Romanenſis religionis ſectatores in fœderatum belgium, aut ſocia loca venire aut commorari ſuſtineant ſive incolæ ſint, ſeu non, mandavimus quoque, quod, & hiſce mandamus ut omnes Jeſuitæ, aut qui eorum gradus aut conſortii ſunt intra ſex dierum ſpacium ab hujus publicatione ex provinciis diſcedant, ſub pœnâ ut illi qui poſt ſex præfatorum dierum lapſum in provinciis re-

perientur,

perientur, aut qui hoc evoluto tempore foris huc appellent juſte, tamquam patriæ hoſtes, capi poterunt, & tamquam tales redimi debebunt, ita ut cuilibet permiſſum ſit, manus in eos injicere & primo, loci officiali tradere, ut cum ejus conſenſu, ſcientiâ & authoritate Magiſtratus tam grave redemptionis pretium pro primâ vice ab eo exigatur, quam eſt poſſibile, quod nunquam infra centum Flandrica pondo pro qualibet perſonâ deſcendere poterit, unde illi, qui talem apprehendit, aut ad prętorem detulit, ita ut captus detineatur tres quadrantes addicentur, reſervato officiali quarto quadrante: pro ſecunda vice mulctabitur reus virgis publicis, deportatione, & pecuniâ juxta facti circumſtantias ut ſupra diſtribuendâ, pro tertia vice, ſi iterato deprehendantur graviorem ſubibunt punitionem in corpore, tamquam perturbatores publicæ tranquillitatis eorumque ſubſtantia fiſco vendicabitur juxta criminis enormitatem. Prohibemus quoque expreſſe omnibus collegiis quibus facultas eſt indulgendi tutum commeatum ne ejuſmodi hominibus ſine noſtrâ veniâ liberum commeatum impertiantur. Similiter interdicimus omnibus provincialibus ne talibus hoſpitium in privatis ædibus, hortis, aut locis largiantur ſub pœnâ centum flandricorum pondo pro primâ vice, pro ſecunda ducentorum flandricorum pondo, & tertia vice corporali coercitione proſcriptione, & bonorum confiſcatione plectentur, prohibentes cunctis patriæ incolis, ne ullum litterarum aut rerum aliarum commercium cum talibus agitent, mandantes unicuique, qui ab ejuſmodi perſonis litte-

ras

ras accepit, ut eaſdem ad capitales deferat officiales aut urbium vel pagorum Magiſtratus ſub pœna quinquaginta pondo Flandricorum Solvendorum quotieſcunque peccaſſe convincetur contra hunc articulum; & quod concernit Sacerdotes, Monachos aut alias ordinatas Romanæ religionis perſonas, quæ non ſunt de Jeſuitarum numero, & jam dudum domicilium his in Provinciis continuarunt tales obſtringuntur intra octiduum ab hujus publicatione ſuæ habitationis Magiſtratibus nominis & larium dare indicium, ut ea annotentur, & obſervetur, quomodo ejuſmodi perſonæ ſeſe gerant, ſub pœnâ quod contra tales ut in Jeſuitas ſupra decretum, lis inſtituetur. Mandantes ulterius, ut hi homines ſeſe legibus Provincialibus accommodent, quod ſi illis contraveniant, ex earum præſcripto tamquam tranſgreſſores plectentur. Interdicimus etiam omnibus Patriæ incolis ne ipſi eorum filii aut illi, in quibus aliquam poteſtatem habent, ſcholas adeant quæ in urbibus, locis, univerſitatibus aut Gymnaſiis Regi Hiſpaniæ ſubditis in hoſtico, aut aliis Jeſuitarum collegiis habentur, jubentes, ut ipſi aut pueri, quos, eo dimiſerunt, intra menſis ſpacium ab hac publicatione inde diſcedant, vel revocentur, ſub centum florenorum mulctatione in quemlibet menſem exprомendâ, quo adverſus noſtra juſſa ibidem continuaſſe probabuntur, quæ mulctatio à parentibus, curatoribus, receptoribus, aut adminiſtratoribus ex ipſorum ſubſtantia ſolvetur. Prohibentes etiam expreſſe omnibus has Provincias incolentibus, aut frequentantibus, ne colligant aut

colligere

colligere ſaciant aliquas nummorum contributiones in uſum templorum, valetudinariorum, profanorum, aut clericalium collegiorum aut conventuum, quo demum nomine ſignificentur, nec etiam in utilitatem aliquarum Eccleſiaſticarum perſonarum quæ habitant ſub juriſdictione Regis Hiſpaniæ, ejus clientum, aut etiam aliorum Romanenſium Papalium territoriorum, ſic etiam inhibemus, ne ejuſmodi contributiones ex hac Patriâ emittantur, aut aſſignando tranſſcribantur, aut quocunque alio modo directe vel indirecte præfatis perſonis, collegiis, conventibus, aut aliis locis procurentur, aut quiſpiam operam navet, ut collecta pecunia, aut aliud aurum vel argentum ſignatum vel non ſignatum, aut alia bona aut merces eo mittantur vel aſſignentur ſub pœnâ mortis & confiſcationis omnium bonorum contra eos qui ejuſmodi collectas inſtituerint; adverſus illos, vero ſtatutâ arbitrariâ corporali punitione cum facultatum confiſcatione juxta gravitatem facinoris, qui hos collectos nummos, aurum, vel argentum, ſignatum, aut non ſignatum, aut alia bona, vel merces præfatis Jeſuitis aut aliis prætenſe Eccleſiaſticis, collegiis, conventibus, aut templorum, valetudinariorumque adminiſtratoribus tranſmiſerint, & quod illi, qui convincentur quicquam contuliſſe, exſolvent centum Flandrica pondo toties, quoties id feciſſe reperientur. Omnes autem hæ mulctæ, & confiſcationes inter delatorem & officialem, qui executionem perficit dividentur. Declaramus quoque quod delictis adverſus hoc ſtatutum perpetratis nullo tempore præſcribetur, licet

N poſtmo-

poſtmodum manifeſtentur, ſed punientur quaſi maleſactor in ipſo opere fuiſſet deprehenſus, non obſtante aliquo temporis lapſu, & illi, quorum facultates exſolutionem mulctarum non patiuntur, pœnâ corporeâ caſtigabuntur, jubemus omnibus juſtitiæ tribunalibus, judicibus & aliis juris adminiſtris, ut velo quaſi levato in talibus procedant ſine litium figuris, ſine ullâ pœnarum temperantiâ aut conniventiâ; ut noſtrum edictum rectius obſervetur, declaramus quoque iſtos officiales, quorum negligentia proceſſus hoſce intermittet, ipſo facto officiis fore privatos, ita ut ab aliis ambiri & impetrari poterint, & ut nemini ignorantiæ allegatio in hoc patrocinari impoſterum queat, requirimus & ſignificamus Statibus, vicariis, Conſiliariis deputatis, & delegatis ordinibus Provinciarum, nempe Geldriæ, & Comitatus Zutphanienſis, Hollandiæ, & Weſt-Friſiæ, Zelandiæ, Ultrajecti, Friſiæ, Tranſyſulaniæ, Urbis Groeningenſis, & Ommelandiæ & omnes juris & juſtitiæ adminiſtris ad quos talia ſpectant, ut illico hoc noſtrum ſtatutum, in omnibus locis ubi publicatio fieri conſuevit, promulgari & publicari curent, procedentes & facientes procedi contra tranſgreſſores ſine gratiâ, favore diſſimulatione & compoſitione. Cum id reipublicæ ita conducere judicemus. Ita factum, & decretum in concilio celſe nominatorum D D. Statuum Generalium Hagæ Comitis 26. Februarii anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo contra ſcriptum E. vander Marck inferius ſcriptum exſtabat ad mandatum celsè dictorum D D. Ordinum fœderatorum. Signatum C. Aerſſen.

Interdictum ordinum Hollandiæ, ne ullus Regum, Principum, & rerumpublicarum Legatorum domos adeat ad miſſam audiendam de 10. *Octobris* 1626.

EQueſtris ordo, nobiles & civitates Hollandiæ & Weſt-Friſiæ inſtructi de exceſſibus, qui ab Hagæcomitanis civibus, & etiam committuntur à ruralibus, qui agris circum Hagam vicinis inſident, adeundo ad miſſas, & alias vetitas Papales functiones in domibus oratorum Regum, Principum & Rerumpublicarum contra hujus Patriæ ſtatuta, idque ſub prætextu quod illa ſtatuta de vetitis conventiculis mentionem faciant, &, cum ſibi imaginentur conventus in Legatorum ædibus celebratos non vetari, ſed permitti, credunt eos talibus Legibus & punitionibus non contineri. Cui ut debitè provideamus, quantum hujus Provinciæ habitatores concernit, conſultum duximus declarare, ut, hiſce declarant, D D. Ordinum mentem &, intentionem eo continuo proſpectaſſe, ne Pontificiæ religionis cultus, qui oratoribus indulgentur, ulterius permitterentur quam ipſorum familiis, &, Domeſticis, & ſuarum nationum hominibus qui nec ſubditi, neque incolæ hujus Provinciæ forent, ſed quantum attinet ad ſubditos & indigenas eoſdem cultus non eſſe licitos ſed prohibitos, & quod omnes ſubditi, cives, & incolæ, qui talia miniſteria frequentare aut frequentaſſe probabuntur

ad mulctam ſtatutis decretam luendam ſine proceſſuum figurâ, ſine conniventiâ aut diſſimulatione condemnabuntur; quare hoc noſtrum reſcriptum ad juſtitiæ curiam & Hagienſem Magiſtratum tranſmittetur ut illico omnes proceſſus & accuſationes deſuper coram illis pendentes aut quæ adhuc inſtruentur ex ejus tenore determinentur. Id enim ad religionis publicæ acceptatæ tutelam & interdictorum illis legibus expreſſorum firmitudinem conducere arbitramur, & ut nemini ſuperſit hujus ignorantiæ allegatio imperamus, & jubemus prædictæ Curiæ & Magiſtratibus Hagæcomitanis, ut hujus fiat publicatio in Curiæ, & Palatii Hagæcomitani auditoriis. Ita Actum Hagæcomitis decimo Octobris. Anno milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſexto: intra ſcriptum erat ad mandatum ordinum, ſignatum C. vander Wolff.

Reſcriptum Curiæ Hollandicæ contra Papicolas de 3. Decembris 1635.

Fredericus Henricus Dei Gratiâ Princeps Auriacus, comes Naſſovienſis, Catzenellebogenſis, Vyandæ, Dietzæ, Lingæ, Meurzæ, Buuræ, Leerdami, &c. Marchio Verenſis & vliſſinganus, Dominus, & Baro Bredanus, Gubernator & architalaſſus Generalis, preſes quoque Conſiliorum Hollandiæ Zelandiæ & Friſiæ.

Honorandi, Prudentes, ſapientes, ſingulariter dilecti.

In eo occupati & toti ſumus ut nobiles magnipotentes

potentes D D. Ordines Hollandiæ & Weſt-Friſiæ juxta ipſorum juſſum nobis ſcripto intimatum edoceamus de induſtriâ & vigilantiâ, quæ aliquo abhinc tempore adhibita fuit in impediendis, & diſturbandis conventiculis & cœtibus, qui in hac Patriâ à Papicolis convocantur, & cavendo, ne aliqui Jeſuitæ ſacerdotes, Monachi, & alii prætensè Eccleſiaſtici irrepant contra ſanctiones id ipſum vetantes, & quoniam nos quoad hunc poſtremum articulum non ſumus omnigenâ ſcientiâ inſtructi, & tamen lubenter procederemus, relationemque omni certitudine & fundamento muniremus, neceſſarium imprimis putavimus hoc reſcriptum vobis tranſmittere, eodem injungentes ex parte ſupremæ dominationis, ut ſpecificam & nominatam nobis illico, & quam erit poſſibile, citiſſimè tranſmittatis deſignationem, quales ſacerdotes, Monachi, Jeſuitæ & alii prætensè Eccleſiaſtici veſtro territorio & diſtrictui habitando ſubſint, & an eo advenerint, & perſtiterint debitâ cum veniâ, an non, & etiam quamdiu ibidem domicilium foverint, ſimiliter num Papani ibidem, publica ædificia & loca ad congregationes habendas & ad uſum ſuorum miniſteriorum adaptaverint, an ibi quoque inveniantur fœminæ quæ clopparum nomine innoteſcunt, quæ conjunctis familiis & habitaculis ſimul vivunt, de hiſce omnibus confeſtim veſtram præſtolamur inſtructionem, interea non ſuperſedebitis omni diligentiâ ad impedienda & diſſipanda talia vetita conventicula invigilare hiſce.

Honorandi prudentes ſapientes & ſingulariter dilecti.

Vos omnipotenti commendamus Hagâ comitis datum tertio Septembris anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo quinto.

SECTIO IV.

Statutum Dominorum Ordinum Provinciæ Ultrajectinæ de 10. Septembris 1630.

QUandoquidem quotidianâ experientiâ comperimus, quod plures alienigenæ Jeſuitæ, Sacerdotes, Monachi & alii ordinati Romanenſis religionis in hanc civitatem ejuſque diſtrictum appellant, & ibidem commorentur & quod plurimæ periculoſæ præfatorum Romanenſium congregationes ingenti cum audaciâ & arrogantiâ convocentur idque adverſus edicta celſipotentum D D. Ordinum fœderati belgii & ſingulariter contra ſanctiones de annis 1612. & 1622. Quibus neceſſe eſt ut obſtaculum ponatur. Quapropter D D. conſules & ſcabini hujus urbis, ut talibus præveniant, prætermittere non potuerunt ſtatuere & decernere, ut ſtatuunt, & decernunt.

Imprimis ut omnes Jeſuitæ, Sacerdotes, Monachi & omnes ordinatæ perſonæ Romanæ religionis, quæ poſt publicationem edicti de anno 1622. In hanc civitatem ejuſque territorium domicilium tranſtulerunt ſive indigenæ ſint, ſeu non, intra ſex dierum ſpacium

poſt

poſt hujus publicationem urbis, ejuſque diſtrictus, excedant limitibus, nec licitum erit unquam reverti, idque juxta prædicta ſtatuta, ſub pœnâ quod tamquam Patriæ hoſtes, redemptionique ſubjecti tractabuntur, ut hæc ipſa edicta ſtatuunt.

Quod vero attinet ad Sacerdotes, Monachos, & alios ordinatos præcitatæ Romanæ religionis, non Jeſuitas, qui antequam edictum anni 1622. Publicaretur hic habitarunt, & poſt ejus publicationem ſeſe juxta ejus diſpoſitionem manifeſtarunt, illi iterato intra octo dierum ſpacium nomina & domicilia ſua ſcabinis hujus urbis indicabunt, ut ibidem examinentur, an verificetur quod hic dudum habitarint, & an ſeſe geſſerint juxta ſtatuta; ut ſcabini determinent, an manendum, an excedendum ipſis ſit, idque an Patriæ conducat aut non, ſub pœnâ ſi tempus præſcriptum elabi ſinant, quod illico hanc civitatem ejuſque juriſdictionem derelinquent, ac contra tales ex tenore ſuperioris articuli judicium inſtituetur.

Quod ad illos ſpectat, quibus integrum erit poſt finitum examen in hac urbe & ejus diſtrictu ſubſiſtere, talibus injungitur hiſce quam expreſſe ut omni modeſtiâ ad normam dictorum ſtatutorum ſeſe conforment, ſub pœnâ privationis effectus noſtræ indulgentiæ, &quod incurrent caſtigationem illis ipſis edictis decretam.

Quantum ad Eccleſiaſticas perſonas quæ nec in hac civitate, ejuſque territorio, nec in unitis tolerantur Provinciis, & tamen debito cum commeatu eo intentarant venire, tales in hanc civitatem vel ejus ter-

ritorium non advenient, antequam Conſules ſui adventus certiores reddiderunt, nec hic ſubſiſtent vel pernoctabunt ſine ſpecifico in ſcriptis conſulum conſenſu, qui conſenſus non niſi in biduum valebit, ſi vero diutius hic hæſitare vellent ejus licentiam a ſcabinatu requirent, ſub pœnâ centum florenorum ab illo & ejus hoſpite luendo in ſingulos dies, quos manendo prætergredientur: ita publicatum poſt præcedentem Campanæ ſonitum à Curiâ Ultrajectinâ præſente nobili Domino de Duijckenburch prætore cum aliquibus ſcabinis illius urbis decimo Septembris anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo.

Signatum C. de Ridder.

EXCERPTA

Ex ſtatuto D: D. Ordinum Ultrajectinæ Provinciæ de 4. Octobris. 1636.

ARTICULUS III.

NEmini licitum eſt apud cadavera vigilando pernoctare, niſi ſit de familiâ defuncti ſub pœnâ duodecim florenorum.

ARTICULUS IV.

Quandiu cadavera in domibus cuſtodiuntur illicitum eſt eiſdem cereos aut alia funalia vel ardentia lumina apponere: ſingulis autem vicibus, quibus hæc fient ſolventur duodecim floreni à contravenientibus.

ARTICULUS V.

Nulla mortuorum corpora tumuli aut ſepulchra

Roſariis,

Roſariis, corollis, crucibus, ſertis ex floribus contextis Roſmarinis, Palmis, aut aliis herbis ornabuntur, nec feretra talibus aut aliis ornatibus velabuntur ſub pœnâ quinquaginta florenorum quos hæredes, qui talia permiſerunt luent, & ſex florenorum, qui ab illis, quorum opera ejuſmodi ornamenta concinnata erunt, aut qui ad ea componenda convenerunt, ſolventur.

ARTICULUS VI.

Nemo ex defuncti amicis, aut illis, qui ad funus conducendum invitati ſunt, aliquas ſcandaloſas Romanas ſuperſtitiones in templis vel cœmiteriis, dum corpus tumulatur peraget, nec ad ea celebranda præſentes verbis aut facto adhortabitur, ſub pœnâ quinquaginta florenorum per ſingulos penſitandorum.

Ex ſtatuto. 9 Aprilis 1639. Ordinum Ultrajectinorum.

ARTICULUS V.

INhibemus expreſsè dictis Cloppis & omnibus aliis, ne aliquos Catechiſmo inſtruant, aut ſeducere conentur, vel ad ſuam ſectam pertrahere, nullis quoque quibuſcunque rationibus ſcrupulum in causâ religionis movebunt, ſub pœnâ centum florenorum, & deportationis ex hac Provinciâ.

ARTICULUS VI.

Item habitaculorum incolæ, in quibus vetita Romanenſium conventicula habentur, mulctam luent illorum, qui in dictis conventiculis ignoti, & impares

ſolvendo reperientur idque ultra pœnam ducentorum florenorum quam ex præſcripto edicti debent.

ARTICULUS VII.

Ad ejus mandatum, qui adeſt ad diſturbandam congregationem, omnes portæ, januæ, ciſtæ, & alia ſuſpecta loca recludi debebunt, alias illa per officiales vel alios ad hoc conſtitutos vi reſerabuntur.

ARTICULUS X.

Nulli Papicolę eligantur capitales prætores, ſcabini, aut ſecretarii ab aliquibus, ſi quiſpiam contrarium fecerit, jubemus ut intra menſem eum à ſuo munere deponat, id quod ſi non ad impleverit, nos aut noſtri delegati talem ipſo facto ſuo officio dejiciemus.

Edictum Ordinum Ultrajectinæ de 21. *Auguſti.* 1644.

DElegati ordinum Ultrajectinæ Provinciæ vi authoritatis, & conſtitutionis proximo decimo ſeptimo Aprilis in comitiis decretæ, poſtquam viſitarunt urbanorum ſcabinorum ſententiam: exiſtimant, & ſtatuunt ſextum & ſeptimum articulum edicti, quod ab ordinibus nono Aprilis anno 1639. Contra Papicolas fuit emiſſum, eâ ratione eſſe amplificandum, nempe quod habitaculorum incolæ ubi ſacerdotes vetiti reperientur (ultra mulctam quam ipſi debent) pro redemptionis pretio, cui ſacerdotes obligantur, ſpondebunt, ad minimum uſque ad ſommam ſexcentorum florenorum, quia ſacerdotes plerumque nihil in bonis habent, & quod omnes hujus Provinciæ officia-

officiales, dum ad comprehendendum ſacerdotes veniunt, poterunt omnes portas, ciſtas, januas, & loca, in quæ cadit ſuſpicio ſacerdotes intraſſe effringere, ſi poſſeſſores recuſent aut retardent eadem aperire.

Excerpta ex edicto ordinum Ultrajectinorum de 17. Decembris 1644.

IDeo eſt quod habitâ maturâ diſcuſſione decrevimus, prout decernimus ne ullæ impoſterum innuptæ filiæ, aut viduæ improles, quæ Romanæ religionis profeſſionem faciunt, licet ſeſe Eccleſiaſticas aut Kloppas nominent, vel non, impoſterum adminiſtratione vel regimine ſuarum fortunarum gaudeant, aſt illa ad parentes pertinebit, ſi, & quamdiu illi ſupererint, & adminiſtrationi idonei judicentur, qui quotannis ejus rationem hiſce innuptis filiabus vel viduis reddere tenebuntur in præſentiâ duorum aut trium ex proximâ conſanguinitate, quid ſi parentes vero jam exſtincti, aut adminiſtrationibus inepti cenſeantur, erit illa penes aliquem ex proximioribus, qui nominabitur ab ejus urbis Magiſtratu, in quâ filiæ, vel viduæ degunt, ſi autem ruri habitent à noſtris delegatis conſtituetur. Talis autem adminiſtrator idoneè cavebit, rationemque (ut ſupra dictum) reddet, & ſalarium ex delegatorum, aut urbanorum Magiſtratuum arbitratu æſtimandum percipiet. Quilibet etiam qui poſt obitum talium filiarum, aut, viduarum ſucceſſionem ab inteſtato ſperat, omni tempore ab adminiſtratore exigere poterit inventarii bonorum

norum, & rationum redditarum editionem, ut perſpiciat, num aliqua bona ſint alienata, ad quam exhibitionem (modo requiratur) adminiſtratores obligabuntur, aut aliter civici Magiſtratus in urbibus, vel in pagis noſtri deputati tales ſine proceſſuum formâ, carcere, aut aliâ ratione eo adigent, quod, ut recte fiat, aliquos delegabunt illiſque authoritatem impertientur ad peragendam in ipſorum præſentiâ exhibitionem, qui ſi quicpiam expiſcentur, quod à recto deviet, ejus relationem ſuis principalibus facient. Infirmavimus, & irritavimus præterea, uti infirmamus & irritamus hiſce omnia teſtamenta, codicillos, donationes, legata, & quaſcunque alienationum formas, diſpoſitiones, aut fidei commiſſa quæ per ejuſmodi viduas, aut filias, quocunque demum modo condita, aut nuncupata ſunt, aut quæ impoſterum condent, aut nuncupabunt quocunque nomine appellarentur, niſi ejuſmodi diſpoſitiones, legata, aut donationes in favorem earum prolium fierent, quarum parentes ab inteſtato poſſent ſuccedere: Quod ſi autem talium viduarum aut filiarum patrimonia in ſpatioſis immobilibus bonis conſiſterent quæ exigua emolumenta redderent, ita ut lautioribus reditibus ſe indigere exiſtimarent, poterunt talia bona vendi interveniente præfatorum delegatorum authoritate, & pecunia eadem cum authoritate alios ad uſus converti, continuabitur tamen adminiſtratio, ut ſupra dictum, nec permiſſum erit ad ulteriorem alienationem procedere. Noſtra intentio eo quoque intuetur ut hæc alienationis inhibitio &c. Locum capiat, & intelligi debeat

de

de bonis in hoc diſtrictu ſitis, licet tales viduæ, aut innuptæ filiæ in aliis Provinciis habitent; aut poſtmodum habitatum eo tranſmigrarent, niſi aliquid legare aut donare deſiderarent proximis conſanguineis, in hoſtico non habitantibus, aut loci pauperibus, ubi domicilium habent quod in urbibus non niſi cum conſenſu Magiſtratuum, ruri vero cum veniâ delegatorum (auditis proximis hæredibus) perficere poterunt. Commendamus & imperamus omnibus, qui cum ejuſmodi perſonis aliquos inivêre contractus, quibus eorum perſonæ, aut, ſubſtantiæ affectarentur ut intra duorum menſium ſpacium proximis amicis, quid conventum ſit, aperiant, aut ſi id ritè, fieri non poſſet, magiſtratus domicilii, aut loci, ubi bona ſita ſunt ejuſmodi negotiorum intra præfinitum tempus, certiores faciant ut captâ rerum inſpectióne auditiſque proximioribus (ſi ſit poſſibile) de valore aut infirmitate actuum diſponatur.

SECTIO V.

Edictum ordinum generalium in papicolas de 14. *Aprilis anno* 1649.

Ordines generales Fœderati belgii omnibus hæc viſuris aut legi audituris ſalutem. DECLARAMUS quoniam non obſtantibus prioribus noſtris conſtitutionibus, damnoſa tamen & funeſta Jeſuitarum, & aliorum ſacerdotum monachorum, & prætensè eccleſiaſticorum aut religioſorum romanenſis religionis

ſecta

ſecta non veretur in haſce venire provincias, urbes & rura obire, ut adulteris ſuis dogmatibus ad idolorum cultum & averſionem à Legitimus ſuis ſuperioribus bonos incolas ſeducant, & ad principum potentiorumque cœdes omnigenæque proditionis ſpecies inſtruant & impellant, principaliter ut prætenſam pontificis Romani ipſiusque conſortii hierarchiam in eccleſiaſticis propagent, populoque perſuadeant; Congregando hic prohibita conventicula in provinciarum exitium, contendendo à parentum obedientia filios, & à maritorum obſervantiâ abſtrahere uxores, ut plurimis in negotiis fuit manifeſtatum, contra quas machinationes per nos & per particularium provinciarum ſtatus ad laudandum plurimorum regum & rerumpublicarum exemplum, diverſæ ſanctiones jam dudum promulgatæ fuêre, quibus nullatenus derogamus (exceptis capitibus quibus aliter hic decernitur) verùm, ut tam nefarios & damnoſos homines magis reprimamus, exactiori curâ contra eos providere cogimur. IDEO EST quod noſtro ſtatuto de 30 Auguſti 1641. inhærentes, inhibuimus, & interdiximus, inhibemus & interdicimus, ne ulli Jeſuitæ aut qui illos gradu aut parte quapiam contingunt, nec, ſacerdotes, myſtæ, monachi, aut alii ordinati romanenſis religionis in unitum belgium & terras eidem ſocias accedant, aut ibidem commorentur ſive indigenæ ſint, ſeu non. Declaravimus, uti hiſce declaramus omnes Jeſuitas, aut qui ejus ordinis, aut communitatis ullo gradu aut parte ſunt, in hiſce provinciis degentes aut advenientes juſtè, tamquam patriæ hoſtes, capi poſſe, redimique debere,

debere, quare à quovis apprehendi, & detineri & locali Officiali tradi poterunt, ut pro primâ vice ejus cognitione, ſcientiâ, & ratificatione Magiſtratus interveniente tanti redimantur, quanti poſſibile & ſaltem non minoris quam centum pondo maximorum Flandricorum *(a)* in ſingula capita; unde ille percipiet duos trientes, qui talem hominem detinuerit, aut ad prætorem detulerit, ita ut in ejus poteſtatem inciderit; prętor vero reliquo triente gaudebit, ſi autem poſtmodum apprehendantur tales homines, tamquam publicæ quietis perturbatores juxta negotii qualitatem plectentur. Interdicimus omnibus incolis ne ejuſmodi hominibus domo, horto aut hoſpitio excipiant ſub pœnâ centum flandricorum pondo pro primâ vice, pro ſecundâ ducentorum flandricorum pondo, tertiâ autem vice corporali punitione & proſcriptione caſtigabuntur. Inhibemus quoque omnibus provincialibus ne ullum litterarum aut aliud commercium cum talibus habeant. Imperamus ſingulis, ut litteras quas ab ejuſmodi hominibus accipient illico ad capitales prætores aut Civitatum vel pagorum magiſtratus deferant, ſub pœnâ quinquaginta flandricorum pondo ſingulis vicibus ſolvendâ, quibus contrarium factitaſſe deprehendentur. Quod attinet ſacerdotes, monachos, & alios ordinatos Romanæ religionis qui non ſunt Jeſuitæ ac ante annum 1622. in his provinciis habitarunt publicâque indulgentiâ tolerati fuerunt, tenebuntur intra octidui ſpacium ab hujus publicatione nomina ſua domiciliique deſignationem ad Magiſtratus

(a) *hondert ponden grooten vlaems*

tus ſuarum habitationum deferre, ut annotentur, & quomodo ſeſe gerant continua habeatur reflexio, id ſi non facient, contra eos, eâ viâ, qua contra Jeſuitas, procedetur, mandantes talibus ut juxta edicta, & Leges patriæ ſeſe conforment, ſub pœnâ, ſi contraveniant, quod ex earum tenore punientur. Interdicimus & vetamus quoque omnibus provincialibus, tam in civitatibus quam ruri, aut qui has terras frequentant ne aliquos conventus virorum aut mulierum in templis, privatis ædibus, locis, agris, navibus aut cymbis convocent (aut celebrent) aut aliqua exercitia papanæ ſuperſtitionis faciant vel auſcultent quocunque nomine appellentur, nullis excluſis quæ omnia hic pro expreſſis habentur, ſub mulctâ ducentorum florenorum illi imputandâ in cujus domo, campo, navi aut cymba id factum fuerit, ille autem qui ipſemet hanc miſſam, papalem ſuperſtitionem, exhortationem aut prælectionem peregit ſin advena ſit, æternâ ſub corporali ſupplicio deportatione punietur, &, inſuper arbitrariam luet mulctam, quid ſi incola ſit hujus patriæ, excedet provinciâ nunquam rediturus, & quod ſi revertatur eadem deportationis pœna cum corporali ſupplicio publice plectetur, ſi vero beneficio aut alimentatione gaudeat, illâ quoque exuetur, nec ulli permiſſum eſt talem hominem in civitate aut ruri domo, agro aut hoſpitio ſuſcipere, luetque hoſpes primâ vice centum florenos, ſecundâ ducentos, tertiâ trecentos, ac inſuper eo, quo dictum, modo relegabitur, illi autem, qui miſſis, papanis ſuperſtitionibus admonitionibus, doctrinis, aut lecturis intereſſe audebunt,

debunt, cadent imprimis jure beneficiorum & alimentorum exigendorum (ſi quod habeant) & deſuper ſingulis ſolvent vicibus viginti quinque florenos, ſive in opere comprehendantur, ſeu poſtmodum pateſcat quod fuerint, conſimilem viginti quinque florenorum mulctam ſubibunt omnes qui præſentes fuerunt, ac, deſuper ſi deprehendantur ſuperiori indumento ſpoliabuntur, intelligendo, ſi quiſpiam aliqua inveniatur proſeminaſſe dogmata provinciarum regimen oppugnantia, aut quibus ſubditi ab obedientiâ, quam Magiſtratibus debent avertuntur, talis pœnâ corporali ſeditioſorum imo mortis punietur, ſi cauſæ enormitas id exigat. Prohibemus quoque omnibus provincialibus, ne ſe ipſos, ſuas proles, aut alios, quibus authoritate aliquâ præſunt ad ſtudia aut gymnaſia in univerſitatibus, collegiis, aut ſcholis Jeſuitarum dimittant; injungentes ut ipſi revertantur, aut filios inde evocent intra menſtruum ab hujus publicatione ſpacium, ſub centum florenorum pœnâ, menſtruatim ſolvendâ pro qualibet prole, aut perſonâ ibidem in ſtudiis exiſtente, quamdiu ibidem poſt noſtri ſtatuti publicationem permanſiſſe probabuntur, ſolventurque hæ mulctæ à parentibus, tutoribus, quæſtoribus, aut adminiſtratoribus bonorum. Et quoniam quotidianâ experientiâ diſcimus certam aliquam innuptarum fœminarum congregationem (quæ Kloppicæ ſorores, aut Kloppæ appellantur) communi patriæ tranquillitati valde nocivam eſſe, ac ab illis multas peragi pontificias ſuperſtitiones, & cultus, qui noſtris & particularium ſtatuum edictis, ut & diverſarum civitatum plebiſcitis

vetiti ſunt, quibus magna pars juventutis, ut, & multi adultiores à veritatis ſemitâ ad perverſas, & Deo adverſarias vias ſeducuntur; quare neceſſarium judicavimus tales cœtus, & Klopparum cohabitationes præſcriptâ arbitrariâ punitione prohibere, ut hiſce expreſsè mandamus, ne præfatæ fœminæ aut Kloppæ intermittant intra quatuor ſeptimanas ab hujus publicatione familiam ſuam in domicilium parentum aut amicorum transferre, ſi ibi commoditas ſit, ſi non, in externorum ædes, ubi commorabuntur; quod ſi, nec ibi opportunitas ſit habitandi, non niſi binæ & binæ habitationem conjungent, & quod ſi plures poſt elapſas quatuor ſeptimanas reperiantur conjunctæ, in primum ſequentem menſem exproment quinquaginta florenos, in ſecundum centum florenos, & in tertium quoque centum, quibus ſuperaddetur arbitraria caſtigatio. Inhibemus etiam prædictis Kloppicis ſororibus aut Kloppis ne ullum inſtituant in pontificiâ aut Romanâ religione, aut Catechiſmo, aut ullius conſcientiam (qui Romanenſis non eſt profeſſionis) circa religionis negotium perturbent, ſtatutâ pœnâ arbitrariæ correctionis & mulctationis juxta commiſſi qualitatem: & quoniam ulteriori experientiâ inſtruimur, pupillos, quorum parentes reformatæ profeſſionis fuerunt, in poteſtatem Papiſticorum tutorum aut curatorum incidere, ut per eorum educationem ad papatum transferantur, & Eccleſiæ Dei Provinciarumque regimini inutiles reddantur, ideo decrevimus & ſtatuimus, uti hiſce decernimus & ſtatuimus, ut omnes impuberes, quorum parentes, aut quorum unus parens

rens reformatam religionem fuit profeſſus, impoſterum educationi, & curatelæ ſuberunt Magiſtratuum & pupillarium judicum civitatum aut locorum, ubi tempore mortis parentes habitârunt, qui pupillis eâ conſulent ratione, quæ rerum ſtatui conſentanea exiſtimabitur, ideoque non intermiſcebunt ſeſe Papiſtici tutores educationibus aut negotiis talium pupillorum, verum ſtatum patrimonii, & fortunarum Magiſtratibus & pupillaribus Magiſtris, ubi parentes obitus tempore habitârunt, aperient, ut illi de talibus ordinent: id quod ſi tutores neglexerint mulctam ducentorum florenorum pro quolibet pupillo luent, quem uno poſt obitum parentum menſe, pupilli ſtatum non patefaciendo in ſuo domicilio retinuerunt, & ita ſucceſſivè de menſe in menſem. Divideturque hæc mulcta in tres partes, quarum una officiali, altera delatori, tertia loci pauperibus cedet. Interdicimus quoque omnibus expreſſe qui in hiſce Provinciis habitant, aut eaſdem frequentant, ne aliquas nummorum contributiones colligant, aut, colligi faciant in uſum templorum, valetudinariorum, clericalium vel aliorum conventuum, quo titulo nuncupentur, uti nec in utilitatem pretenſè Eccleſiaſticarum perſonarum, alias Papiſticas ditiones incolentium. Ita etiam inhibemus ne pecuniæ taliter collectæ ex his Provinciis emittantur, aut per aſſignationes tranſſcribantur, aut delegentur directe vel indirecte ita, ut ad manus perveniant prædictarum perſonarum, collegiorum, conventuum, aut aliorum locorum, nec etiam tranſmittent ali-

quod aurum vel argentum ſignatum, aut non ſignatum, vel alia bona, vel merces ſub pœnâ corporalis arbitrariæ punitionis juxta delicti gravitatem ei infligendæ qui ejuſmodi nummos aurum, vel, argentum ſignatum vel non ſignatum aut alia bona vel merces ad prædictos Jeſuitas, aut alios pretensè Eccleſiaſticos, collegia, conventus, aut ad adminiſtratores templorum vel xenodochiorum transmiſerint, illi vero qui contribuiſſe convincentur, ſolvent centum flandrica pondo toties, quoties id eos factitaſſe conſtabit; adjudicamus mediam harum omnium mulctarum partem delatori, alteram vero Prætori qui exſecutionem perficiet. Declaramus quoque omnes exceſſus quibus in hoc ſtatutum peccabitur, non obſtante aliquo temporis lapſu ita eſſe caſtigandos, licet poſtmodum innoteſcant, quaſi delinquens in ipſo opere foret deprehenſus, & illi quibus facultas deërit, mulctam ſolvendi corporeâ pœnâ afficientur, injungimus omnibus provinciarum curiis tribunalibus & Iudicibus ut in illis quod rectum eſt ſine ullo Iudicii ſuflamine, & proceſſuum figurâ, nullam pœnæ aut mulctæ partem detrahendo aut indulgendo dijudicent, ut noſtrum hoc ſtatutum correctius cuſtodiatur. Prohibemus præterea rigeroſiſſimè noſtris Prętoribus, eorumque vicariis, ne aliquas ineant compoſitiones, aut tranſactiones cum transgreſſoribus noſtrorum ſtatutorum contra papicolas publicatorum directè, vel indirectè. Jubemus itaque Officialibus, ut juxta tenorem horum ſtatutorum integram mulctam poſtulent, & exſequantur, & delatoribus ſuam portionem tribuant ſine ullâ diminutione, aut tergiverſatio-

ſatione,idque ſub pœnâ privationis ſuorum officiorum, quorum jure, ipſo facto, decident, ita ut eadem amplius exercere non poterint, & inſuper arbitrariâ punitione plectentur, eapropter declaramus, ſi quiſpiam legitimis probationibus, Magiſtratibus aut Scabinis ejusmodi compoſitionem queat detegere, eum pro prœmio ſingulis vicibus accepturum trecentos florenos à componentibus Officialibus ſolvendos. Et, quod ſi aliquibus caſibus probetur, quempiam mulctarum hic conſtitutarum reum eſſe, qui ſatisfaciendo non foret, ſpectabit ad officium localium Scabinorum de mulctarum, pœnarumque temperamento & moderamine determinare. Et ut omnia expeditiorem effectum ſortiantur, authoritatem hiſce noſtram omnibus Magiſtratibus civitatum, & Scabinatibus pagorum impertimur, quâ negligentibus munus ſuum officialibus edictorum executionibus tale valeant robur addere, quale ipſis conſultum videtur, illiſque permiſſum erit per ſe aut alios ſtatutorum contra Papanos publicatorum executionem exercere, & de mulctis decernere, nec ullus eis reſiſtet aut injuriam inferet, ſub pœnâ arbitrariæ correctionis. In eum finem adhortamur præfatos Magiſtratus, &, Scabinos, illiſque hiſce imperamus, ut quamprimum officialium negligentia illis pateſcet, mox de illâ nos, aut Provinciarum ordines admoneant, ut vacua Officialium munia aliis idoneis perſonis ab illis, ad quos id jus ſpectat, addicantur. Ac ne quis ſtatuti atque edicti hujus noſtri ullam ignorantiam obtendat ſignificamus petimuſque ab ordinibus, aut eorum deputatis Conſiliariis Gubernatoribus ſingu-

larum Provinciarum Geldriæ & comitatus Zutphaniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Ultrajecti, Friſiæ, Tranſiſalaniæ & aliis jura dictantibus Prætoribus & adminiſtris ut ſtatutum hoc noſtrum paſſim, promulgari, proclamari, & publicari faciant, quibus locis proclamationes & publicationes fieri ſolent, procedantque ac procedi faciant adverſus tranſgreſſores ſine gratiâ, favore, diſſimulatione, aut compoſitione, ſic enim Reipublicæ, expedire indicamus, ita concluſum in concilio celsè potentium DD. ordinum. Hagæcomitis decimo quarto Aprilis anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo nono. Contraſcriptum Jan van Iſſelmuden: ſubſcriptum ad ipſorum mandatum Cornelius Muſch.

EXCERPTA.

Ex actis publicis legationis, quam unitarum Provinciarum Synodi miſerunt ad magnum ordinum generalium concilium anno 1650. *Hagæ Comitis celebratum.*

PEr ejuſmodi progreſſus faciunt illi (nempe papicolæ) ingentes quotidie gradus, de quo ipſi gloriantur, videlicet multa ſuorum millia civitates & oppida occupare. Quis igitur non jure timeat Celſi Potentes D D. ne aliquando conjunctâ ſocietate conglomerentur, & ad Hyberniẹ exemplum primo bonos Rectores, poſtmodum omnes Reformatos obtruncent, genius (ut cuivis notum eſt, & experientia abunde probavit)

vit) Idololatrarum (quales à veſtris Celſi-potentiis Romanenſes habentur) ferus, & crudelis eſt, ipſorum infidelitas enormis, *cum nullam hæreticis ſe fidem debere nec ullis obſtringi fidelitatis juramentis arbitrentur*, ingentibus inſuper meritorum pollicitationibus ad omnem crudelitatem contra Reformatos exercendam indies accenduntur, quod aculeati ipſorum ſermones quotidie produnt.

Tandem aliquando igitur Celſi potentes D D. exaudiantur illæ tam diverſimodæ lamentationes, & querimoniæ toties in Cœlum ſublatæ, promptum habeant decretum, & expediant ſucceſſum executionemque in re tanti momenti tot Eccleſiarum remonſtrationes, ut omnes palam facti exceſſus & temerariæ inſolentiæ tandem conquieſcant, id quod ſingulari inſtantiâ rogatum volumus reſpectu Majoratus (Sylvæducenſis) Baroniæ, & Marchionatus &c.

E X C E R P T A

Ex decreto D D. Ordinum ad præcedentem Synodorum requiſitionem interpoſito.

IV. DEcernitur ut ſtatuta contra Pontificios publicata in ſuo vigore permaneant, religioſè quoque juxta ipſorum formam, & textum executioni mandabuntur,

V. Contra licentiam, quâ Eccleſiaſtici Provincias unitas adeunt tali moderamine providebitur, ut ſine

pacis violatione meliori modo fieri poteſt.

VI. Legati, & publici externorum Principum, potentiumque miniſtri eò adigentur, ne ſuis in ædibus tolerent celebrationem prædicationum, vel aliorum miniſteriorum in belgico idiomate, ſed procurent, ut linguâ quâ ipſorum Domini, & Magiſtri utuntur, peragantur, & ut nulli ad eas admittantur niſi, qui inter famulatus aut familiæ domeſticos recenſentur.

VII. Ut ſalutares ſanctiones, & conſtitutiones in concilio ordinum generalium decretæ ad promovendam Politicam Reformationem in Majoratu Sylvæducenſi, & aliis ejuſdem naturæ ditionibus, tandem aliquando in omnibus ſuis articulis & capitibus plenam nanciſcantur executionem, quapropter nulli ibidem erunt Prætores, Secretarii, aut publici nuncii niſi Reformatæ inveniantur profeſſionis, eo tamen cum intellectu, ut particulares Domini admoneantur exſtimulenturque ad hanc variationem circa Pontificios Officiales intra certum conſtitutumque tempus adimplendam, cui ſi defuerint, poſt expiratum induciarum ſpacium id à ſuis celſi potentiis perficietur, &c.

Friſiæ Statutùm contra Papanos de 26. Julii 1667.

OMnibus hæc viſuris aut legi audituris ſalutem. Quamtumvis diverſis edictis & conſtitutionibus prohibuerimus, ne damnoſa Jeſuitarum ſecta, aliique ſacerdotes Monachi & prætenſé Eccleſiaſtici aut religioſi Romanenſis religionis omnes conjurati Papæ

Romani

Romani aſſeclæ in hanc patriam ſeſe transferre ſuſtinerent: ex multiplicibus tamen querelis, quarum indies ingens numerus ad nos defertur diſcimus eoſdem Eccleſiaſticos magis magiſque ſeſe hiſce opponere, & magnâ inſolentique proterviâ in pagis & urbibus ſibi ſedes figere, conantes omni ſtudio bonos incolas à vero Dei cultu ad idololatriam, & averſionem contra legitimos Magiſtratus ſeducere, & Provinciarum legibus, fundamentalibuſque inſtitutis quantum in ſe eſt illudere, id quod quam maximè in injuriam, & vilipendium eſt tot ſtatutorum & admonitionum, tum à ſuis Celſipotentiis tum à nobis inſtitutarum & renovatarum, quibus hiſce nullo pacto derogamus, verum ut præfatos diros homines melius à nobis arceamus cogimur ſtrictiori remedio contra eos nobis conſulere.

IDEO EST, quod hiſce expreſſiſſimè prohibeamus & vetemus, ne ulli Jeſuitæ, aut, qui ipſos ullo gradu vel ordine contingunt, Sacerdotes, Monachi aut aliæ ordinatæ perſonæ Romanenſis profeſſionis in hanc noſtram Provinciam adveniant aut ibidem ſubſiſtant, ſive ſint indigenæ, ſeu non, ſub pœnâ, ut illi, qui hic reperientur aut impoſterum appellent, juſtè tamquam publici patriæ hoſtes capi queant & redimi debeant, nam loci officialibus tradentur ut cum eorum aſſenſu, & Magiſtratus approbatione primâ vice tanti eorum æſtimetur redemptio quanti poſſibile, ac ſaltem non minoris, quam centum pondo Flandricorum maximorum (*a*) pro quâlibet perſonâ cujus ille percipiet duos trientes qui talem

(a) *Hondert pont grooten Vlaams.*

detinuerit aut eo effectu prætori detexerit, ut in ejus poteſtatem inciderit, Officiali autem reliquus triens obveniet, pro ſecundâ vice publicis virgis cœdetur & deportabitur, & inſuper juxta negotii qualitatem mulctabitur ad utilitatem ejus cui ſupra mulcta fuit addicta: pro tertiâ vice autem, ſi rurſus apprehendatur, graviori corporali ſupplicio tamquam publicæ quietis perturbator, cum omni bonorum confiſcatione juxta enormitatem facti plectetur. Omnibus quoque territorii noſtri municipibus interdicimus, ne ejuſmodi perſonas domo, horto, vel hoſpitio ſuſcipiant, ſub pœnâ centum Flandricarum librarum, quam primâ vice luent, ſecundâ luent ducentas, tertiâ vice corporeum ſubibunt cruciatum, deportabuntur quoque, & omnis eorum ſubſtantia fiſco vendicabitur. Vetamus etiam omnia virorum & mulierum conventicula, cujus ſtatus, conditionis aut qualitatis inveniantur, tam in urbibus, quam pagis, omnibus etiam alienigenis hanc ditionem frequentantibus, ne in ullis templis, privatis domibus, aut locis aliquas convocent congregationes, ubi miſſæ, aut alia Romanarum Pontificiarumque ceremoniarum fiant vel audiantur miniſteria, aut ubi etiam abſente ſacerdote, quicquam legitur vel canitur, quo demum ſub velamine id fieri contingeret, tam clam, quam palam, ſub pœnâ centum aureorum Friſicorum equitum, ab eo perſolvendâ, in cujus domo aut loco id factitatum probabitur; illi vero, qui ſuâ præſentiâ talibus miſſis, exhortationibus, aut aliis exercitiis interfuerunt ſive apprehendantur, ſeu poſtmodum convincantur, perdent

ſuperius

ſuperius indumentum, & deſuper exproment viginti quinque aureos Friſicos equites pro primâ vice, quinquaginta pro ſecundâ ultra confiſcationem feudorum, beneficiorum & alimentorum, ſi ullis fruanantur juxta ſtatutum anni 1652.

Et ut bona hæc noſtra intentio melius ad plenum ſuccedat effectum, mandamus ſeriò ut omnes portæ & aliæ aperturæ in Papalium ædibus, muris, ſepibus & aliis limitibus tam ſupra, quam infra quamprimum poſt octiduum ab hujus publicatione obſerantur, obſepiantur, & claudantur, id quod ſi negligatur, jubemus, & authoritatem damus procuratoris generalis ſubſtituto, ut tales aperturas per publicum Provinciæ latomum & fabrum lignarium etiam interveniente militum ſuccurſu (ſi opus,) expenſis negligentium Papicolarum obſtrui faciat. Jubemus quoque ne tales clauſuræ in æternum reſerentur ſub quo prætextu id fieri poſſet, conſtitutâ quinquaginta aureorum Friſicorum mulctâ in quamlibet aperturam in utilitatem ejus (cujus ſit ſupra mentio) convertendâ, quam & ædium dominus, & conductor, & latomus, & faber lignarius, cujus operâ apertura facta erit, perſolvent.

Interdicimus quoque omnibus noſtris Provincialibus, ne ipſimet ſe conferant aut filios, alioſque qui ipſorum poteſtati parent, dimittant ad gymnaſia in aliquibus papanis civitatibus, locis, Univerſitatibus & Scholis, aut, Jeſuitarum collegiis externorum principum juriſdictionibus ſubjectis; imperantes hiſce omnibus, ut ipſi redeant & illos, quos eò ablegarunt

revocent

revocent intra menſtruum ab hac publicatione ſpacium ſub centum florenorum mulctâ, menſtruatim pro quolibet puero ibidem in Scholis exiſtente, per parentes, tutores, receptores vel adminiſtratores bonorum penſitandâ.

Omnibus Kloppis præſentibus & futuris jubetur, ut ſe contineant ab inſtructionibus, quibus aliqui pontificiis ſuperſtitionibus informarentur, nullos præterea cœtus cogent aut celebrabunt, ſub pœnâ, ſi contrarium faxint, centum aureorum florenorum pro primâ vice, pro ſecundâ ducentorum, tertia autem vice Provinciis exterminabuntur, omniaque ipſarum bona confiſcabuntur, prædictæ quoque mulctæ juxta id, quod ſuperius ſtatutum, diſtribuentur.

Si vero compertum fuerit aliquos officiales tam ruri quam in urbibus huic crimini innexos eſſe, & quod muneri ſuo in explendis legum ſtatutorumque noſtrorum executionibus defuerint, duplici mulctatione afficientur, ac inſuper officiis ſuis exuentur, inidoneique ad ea adminiſtranda declarabuntur. Volumus etiam ut omnes horum noſtrorum edictorum tranſgreſſiones, quamvis dudum patratæ fuerint, ſemper ita puniantur, non obſtante ullo temporis lapſu, quaſi tranſgreſſor in opere foret apprehenſus, quibus autem facultas ſolvendi pœnas & mulctas deficiet, pœnæ corporales infligentur.

Omnibus inſuper noſtris incolis prohibemus, ne in ædes aut loca ſua ſuſcipiant aut habeant alicujus generis idololatrica, aut ſuperſtitioſa miſſarum veſtimenta, indumenta aut ornamenta altarium ſub pœnâ confiſcatio-

cationis ædificiorum & locorum ubi talia ornamenta ſola (licet non adſit ſacerdos) reperientur.

Eadem ratione prohibemus noſtris Provincialibus, ne in ullis ædium ſuarum partibus fabricent aut teneant aliquas cavernas, vel latibula, quibus ſacerdos, &, ſuperſtitioſi ornatus abſcondi poſſent, ſolventurque pro ſingulis latibulis quinquaginta equites Friſones, & caverna diruetur,

Et ut horum tenor exactius obſervetur, mandamus Procuratoris generalis Vicario, quod, ſi eidem hujus, ſortis homines aliqui detegantur, ut eos ubivis apprehendat, & in manus juſtitiæ tradat. Concedimus præterea omnibus, & ſingulis, & imprimis militibus facultatem & authoritatem papales functiones ſine ſpeciali Officialium conſenſu turbandi, ſacerdotes nocte dieque ubi capi poſſent, apprehendendi, promittentes ipſis integram mulctam, & quid ſi quiſpiam vel in minimo illos, qui noſtra ſtatuta exequuntur, verbo vel opere lędat, primâ vice mulctam centum aureorum florenorum incurret, ſecunda ducentorum aureorum florenorum, tertiâ vice Provinciis ejicietur, mulctæque omnes in ejus uſum redundabunt qui læſus fuit, & ut nemo ignorantiæ anſam habeat, requirimus omnes ſuperiores, & inferiores Officiales; illis tamen mandamus etiam expreſsè, ut hanc ubivis in quantum neceſſe proclamari, publicari & affigi faciant, ſine ulla conniventiâ, favore, diſſimulatione, aut compoſitione, ita ut res ejuſque circumſtantiæ exigent, nec ullo modo ſuo muneri in hoc deeſſe volent. Datum Leovardiæ in Collegio, vigeſimâ ſextâ Julii anno ſalutis

milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo ſeptimo. T. van Boelens vidit, ad mandatum DD. deputatorum ordinum Friſiæ, abſente Secretario C. Fockens Eringa.

Urbis Groeningenſis ſtatutum in papanos de 30. Decembris 1667.

QUoniam multæ nuper querimoniæ ad nos pervenerunt, quod Papicolarum fœminarum aliquę nihil obſiſtentibus multiplicibus ſeriis interdictis diverſis temporum intervallis contra pontificiorum inſolentiam publicatis, ludos litterarios exercerē continuent, & quod plurimi prætensè Eccleſiaſtici, & Eccleſiaſticæ hic commorentur, qui pontificios connubio præligant, aut novo rurſus vinculo, licet in publicis noſtris templis maritati ſint, poſtmodum copulant, infantes baptizant, in magnis quotidie cœtibus ſuperſtitioſos ſuos errores docent, idololatricaſque miſſas inſtituunt, quæ omnia ejus naturæ ſunt, ut publicum Dei ſervitium concernant, & celebrari non poſſint ſine perſonis apud illos ad hoc ordinatis & hic prohibitis. Ita etiam ad noſtras manus pervenit certum aliquod memoraculum aut annotatio latinâ linguâ conſcripta nomine laborum à quatuor Groeningenſibus Jeſuitis aut emiſſariis (qui apud illos ſocii appellantur) nuncupatum *annuæ Groeningenſes* eorum nomina in margine deſignabantur; videlicet *Wieringa, vanden Velde* aut *Mathei*, *Milman*, & *Placherus*, ubi inter cætera recenſent, & gloriantur ſe legitimam inventi ſecularis ſacerdotis oratorii pœnam (quæ ab illis titulo perſecutionis

tionis inſignitur) nequiviſſe aliter avertere quam clandeſtinis donativis (hiſce fortaſſe conantur noſtros vicarios in ſuſpicionem adducere) verum, quod, ipſi ſpatioſo adhuc fruerentur cubiculo, ubi conveniebant, quod hactenus delituerat, quod uno anno. 107. proles baptizârant. 41. adulti matrimonio conjuncti. 35. a reformatâ religione (ab illis hæreſis nominabatur) ad ipſorum fidem & 118. ad uſum ſacramentorum forent perducti. quod 100. homines generalem confeſſionem abſolviſſent &. 600. in extremis ſacramentis proviſi & circiter 11000. Hoſtiæ eſſent diſtributæ. Et quoniam experimur, quod eorum, qui edicta publicata tranſgrediuntur, inveſtigatio, inquiſitio, & captura indies difficilior imo pœnè impoſſibilis evadat, quia multi pontificii in diverſis hujus civitatis vicis ſuas habitationes & ædificia magno numero immediate per emptionum, aut, conductionum contractus conjungere ſatagunt, in diverſis ſuis ædibus ſua ſuperſtitioſa altaria erigunt, ut ubique interdictis vacent cultibus, in ſuis quoque domibus, & vacantibus areis aperiunt clancularia latibula, & ſecretos congreſſus, ut tectius latentiuſque vetita conciliabula agitent, Eccleſiaſticas perſonas occultent, ut ita decretam inveſtigationem evadant. IDEO EST. Quod juxta laudabile noſtrarum vicinarum Provinciarum exemplum volentes hiſce remedium cum fervore & zelo conſtituere, ut ſtatuta antehac emiſſa renoventur, extendantur, & cuſtoditius excolantur, quibus nullo pacto derogamus, habita maturâ conſideratione conſultum arbitrati ſumus ordinare & ſtatuere uti ordinamus & ſtatuimus.

I. Ut

I.

Ut omnes externi, & indigenæ Jeſuitæ, myſtæ, Monachi, Eccleſiaſtici aut ſeculares Romanenſes ſacerdotes, omnes quoque ordinati clerici viri, & extraneæ Eccleſiaſticæ mulieres ſine noſtro conſenſu in hac civitate ejuſque Juriſdictione degentes, licet diuturno tempore habitando, aut tamquam emiſſarii, hic ſubſtiterint intra quarto quatuor viginti quinque ab hac publicatione horas, ex hac civitate ejuſque territorio diſcedant, & ut indigenæ religioſæ mulieres, ut Kloppæ, & aliæ quæ per conniventiam adhuc tolerantur, non niſi binæ unâ habitatione conjungantur. Nemini ſive in hac civitate, ſeu ejus juriſdictione permiſſum erit talem Eccleſiaſticam perſonam domo aut hoſpitio acceptare, ſub pœnâ pro primâ vice 600. Car. Flor. in quemlibet Jeſuitam. 200. Car. Flor. in ſingulum ſacerdotem, Monachum, Eccleſiaſticum aut mundanum myſtam. 100. Car. Flor. in extraneam Romanenſem Eccleſiaſticam fœminam. & 80. Car. Flor. ſi à pluribus, quam duabus indigenis Kloppis aut aliis Religioſis mulieribus unà domus inhabitetur, ſimili pœnâ ſtatutâ in diverſoria, aut hoſpitia ubi ejuſmodi homines hoſpitati fuère, ut contra ſingulas perſonas fuit decretum & hoc ſive præfatæ perſonæ in hoſpitio reperiantur, ſive habitatores poſtmodum de acceptatione convincantur, quæ mulctæ duplicabuntur, caſu quo bis deliquerint; ſi tamen eidem homines tertiâ vice apprehendantur, aut poſtmodum convincantur, punientur Jeſuitæ, & alii ordinati publico corporali ſupplicio tamquam patriæ tranquil-

tranquillitatis perturbatores, incolæ vero à quibus hoſpitio excepti fuêre, deportationis, aut fortunarum confiſcationis, vel utriuſque punitionis ex ſcabinorum arbitratu ſubjicientur ſententiæ.

II.

Nullus urbis hujus aut Territorii incola, ſeu mas, ſeu fœmina, nec etiam exterus dum hic invenitur, audeat ullos conventus ſive nocturno ſeu diurno tempore in oratoriis, domibus, hortis, aut aliis locis convocare, aut illis intereſſe ad peragendam miſſarum, vel aliarum Romanenſium Papalium ceremoniarum celebrationem ſub pœnâ 300. Car Flor. Quam ultra alias prædictas mulctas conductores talium locorum pendent, ac deſuper quilibet Jeſuita, myſta, Monachus, Eccleſiaſticus, aut mundanus ſacerdos, aut alius ordinatus, qui in miniſterio comprehenſus, aut poſtmodum fuerit convictus, tantundem perſolvet, quilibet autem ſive vir ſeu fœmina dummodo miſſam auſcultaverit aut conventui adfuerit tribuet 50. Car. Flor. ſive in opere captus, ſeu poſtmodum convictus fuerit.

III.

Papicolarum nullus, ſeu mas, ſeu fœmina ſuſtineat Scholas aut juventutis alicujus cœtum colligere ut pueros legere vel ſcribere doceat ſub pœnâ 40. Car. Flor. pro primâ vice, pro ſecundâ gravioris arbitrariæ correctionis, & pro tertia ſub pœnâ exilii. Nulli quoque cives aut incolæ proles ſuas ad Scholas dimittant ut à Papicolis legere aut ſcribere diſcant præſcriptâ 6. Car. Flor. mulctâ pro quolibet puerulo ſolvendâ quoties rei invenientur.

Art. IV.

Ne ulli pontificii ante, vel, poſt publicam matrimonii copulationem in noſtris templis abſolutam ſe connubio necti, religari, vel confirmari ſinant ſub pœnâ 300. Car. Flor. ab illis luendâ, qui de eo convictus, aut convicti erunt.

Art. V.

Omnes pontificii proles ſuas, quæ impoſterum naſcentur, in publicis noſtris templis præſentabunt, & baptiſmum ſuſcipi permittent ſub pœnâ 150. Car. Flor. pro quolibet infante, qui ibidem baptiſmo non fuerit luſtratus, tradent quoque in ſcriptis nomen pueri, nomen patris & matris infantis, templi cuſtodi ut in album referantur.

Art. VI.

Ut omnes Papicolæ aras, Eccleſiaſtica ornamenta, ſacerdotalia indumenta, templaria ſedilia, & ſcamna ex ædibus intra ſpacium 14. dierum ab hac publicatione removeant ſub pœnâ 100. Car. Flor. pro quolibet altari, Eccleſiaſtico ornamento, ſacerdotali indumento, aut templariis ſedilibus vel ſcamnis, quæ elapſo eo tempore reperientur, hæc quoque confringentur expenſis Papicolarum, & per juſtitiæ miniſtros amovebuntur.

Art. VII.

Omnes Papani proprietarii & conductores claudant & obſtruant intra 14. dies ab hac publicatione numerandos, clauſaſque in perpetuum habeant omnes fabricatas cavernas, portas & aperturas exiguas & magnas, quæ inter contigua ædificia, ſupra, aut, infra

ſra, in, vel, extra domum, in ambulacris, aut hortis patent, ubi aliquos Jeſuitas, aut, alios Eccleſiaſticos, vel mundanos ordinatos, altaria, Eccleſiaſtica, ornamenta, & ſacerdotalia indumenta poſſent occultare, vel unde de unâ in aliam domum aut aream tranſiri poſſet, & hoc ſub pœnâ 25. Car. Flor. pro quolibet latibulo niſi uni vel alteri domui per aream vel fundum vicini perpetua & propria ſervitus deberetur, cujus nullus foret uſus, ſi porta non eſſet aperta, & quoniam ipſi talia latibula, altaria, Eccleſiaſtica ornamenta, & tranſitus plerumque obtegunt certis ſuæ ſuppellectilis figuris, ut ciſtis, arcis, vel aliis ligneis ornatibus, authoritatem elargimur illis, qui inquiſitionem inſtituent, omnes tales ſuppellectilis figuras, aut alias fabricas ſive contiguæ ſint, ſeu non, reſerare, aut facere ut reſerentur.

Et ut hoc noſtrum ſtatutum correctius quàm multa ſuperiora edicta obſervetur, mandamus jubemus & authoritatem tribuimus prætoribus & judicibus hujus urbis & territorii ut hanc noſtram legem cum rigore exequantur ſine ullâ conniventiâ ſub pœnâ arbitrariæ correctionis, mandamus authoritatemque ſimiliter damus tribus capitalibus officialibus, & vicariis civicarum cohortium centuriis, ut omni tempore queant, & bis in anno circa Majum & Novembrem debeant viſitare omnium pontificiorum ædes, quæ ipſorum ſubſunt centuriis & hujus edicti tranſgreſſoribus ſtatutas mulctas ſive in pecuniâ ſeu in pignoribus ſine ullâ conniventiâ per tympaniſtas auferri curabunt, ac inſuper de ipſorum inveſtigatione, inventione, ludis lit-

terariis, altaribus, Eccleſiaſticis ornamentis, ſacerdotalibus indumentis templariis ſedilibus, &, ſcamnis, latebris, aperturis, tam in muris, ſepibus, quam aliis locis, ac etiam de mulctis, quas receperunt, ſubſignatum in ſcriptis teſtimonium ante exitum præfatorum menſium urbano fiſci advocato tradent, mulctabunturque negligentes 25. Car. Flor. in uſum fiſci patroni, ea autem teſtimonia proximo ſequenti Saturni die ſenatoribus ſuggerentur. Statuimus, &, mandamus denique noſtri fiſci patrono, prætori, ſculteto & ejus apparitoribus ut omni ſedulitate & diligentiâ conjunctim de papalium inobedientiâ non tantum contra hanc ſanctionem, ſed, & alias antehac promulgatas inquiſitionem peragant, tranſgreſſores apprehendant, & rigidâ accuſatione proſequantur ſub pœnâ privationis munerum, aut intenſiori arbitrariâ correctione, ſi in eo negligentes aut conniventes inveniantur: jubemus cunctis Papanis, ut eam permittant inquiſitionem ſine ullo impedimento, ſub pœnâ mulctarum contraventioni præſcriptarum. Omnes autem mulctationes tam hujus quam aliorum edictorum contra pontificiorum inſolentiam irrogatæ in hac civitate applicabuntur pro primâ tertiâ parte publicis urbis pauperibus, pro ſecundâ tertiâ parte delatori, (cujus nomen quoque tacebitur) & reliquâ tertiâ parte, illi, qui accuſationem ante noſtrum tribunal inſtituit, aut inſtituerunt, vel executionem ipſe, vel ipſimet noſtrâ authoritate implevit vel impleverunt, verum quod ſi nullus particularis tranſgreſſionis exiſtat delator accreſcet ultimo præfatus triens. In juriſdictione vero ur-

banâ

banâ cedet media pars mulctarum locali Judici, altera autem inquiſitori. ITA CONCLUSUM GROENINGÆ, Saturni 21. & publicatum lunæ 30. Decembris 1667. ad mandatum DD. præfatorum Johan. Tammen Secret.

E X C E R P T A

Ex edicto ordinum Zeelandiæ 24. *Januarij* 1673. *condito*

ART. I.

Imprimis (jubemus) ut cuncta edicta antehac contra papiſticum Dei cultum (ut ſunt miſſarum & ſimiles idololatriæ functiones, & cęremoniæ) per nos publicata, tam in urbibus, quam ruri, rigidam obtineant executionem, quibus nulli dëerunt officiales, multo minus ad ea aliquarum conſiderationum impulſu connivebunt, procul abſit quod tranſigant & aliquod inde lucrum conſequantur: id tamen ſi faciant, dignitatis officiique ſuſpenſione vel jacturâ aut alio modo juxta negotii ſtatum mulctabuntur. Et quamtumvis conſules & Magiſtratus urbium authoritatem habeant, (ſi officiales vel abſentes, vel negligentes vel conniventes ſint,) exequendi prænominata edicta, illos iterato tamen eâdem præmunire authoritate voluimus, & ſimul adhortari ne talibus occaſionibus deficiant, aut ſeſe exonerent, quaſi id duntaxat officialium incumberet ſollicitudini: Si capitales offi-

ciales, aut eorum vicarii ruri abſentes, negligentes, vel conniventes reperiantur, noſtram authoritatem pagorum Scoutetis & ſcabinis communicamus ad diſturbandas papalium congregationes, in quibus perverſum ſuum Dei cultum exercent, quo caſu exequentur ſanctiones huic rei preſcriptas, nec aliquâ conniventiâ, utentur, aut aliàs, juxta occaſiones negotiorum ipſimet punientur.

ART. 2.

Et ut id melius ſuam ſortiatur executionem, inquirent diligenter capitales prætores in ſuis diſtrictibus, num ullibi in pagis quidam adverſus noſtra ſtatuta & decreta non irrepſerint Scouteti, Scabini, aut Secretarii Romanenſis profeſſionis, ut de eo advertant toparchas, qui ejuſmodi papales officiales, aut Magiſtratus denominarunt, quibus ideo expreſsè injungitur ut tales intra menſem dimittant, alioſque ſubſtituant, qui profeſſionem faciunt veræ Chriſtianæ Reformatæ religionis. Idem fieri volumus ſi quoddam aggerum præfecti munus vacare contingat, & quod ſi toparchæ id efficere pretermittant, authoritatem mandatumque damus noſtris deputatis DD. conſiliariis ut ejuſmodi papanos officiales & Magiſtratus ipſo facto abrogent, &, habitâ rerum cognitione alios qualificatos (ut ſupra) in eorum locum adoptent.

Finis Libri Tertii & ultimi.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX

Eorum quæ in Diſſertatione memoratu digna continentur.

A.

Pag.

Albani præfectura multis luctuoſa. 39
Idem 40. nummum inſtituit. 41
Alcmariæ ſævitum in Catholicos. 45
Adriani Mylii ſententia de perfidiâ reformatorum. 53
Amersfurtenſis Civitas deditur Comiti Bergenſi ubi perfidia in Catholicos. 46. & 47
iterum expugnatur ab Ultrajectinis, verum Catholicæ religionis ſalvus cultus promittitur, aſt mox rumpitur promiſſum. 101
Amersfurtenſes ſæviunt iterum in Catholicos. 125
Alenzonius promiſſis ingentibus expugnatus ſuſcipit Provinciarum regimen. 111
Alenzonii affectus in Catholicos male acceptus. 117
pro Catholicis 4. templa Antwerpiæ poſtulat aſt vix ſacellum impetrat. ibid.
Bruxellenſes Geuſii Alenzonio negant templum aulicum. ibid.
Ex Alenzonii oratorio rapiuntur Brugis Catholici in vincula. 118
Antwerpiæ multa innovat Auriacus. 27
quod improbatur à Gubernatrice. 28

 Ant-

Antwerpiana pacta inter Catholicos & ſectarios de 26. *Aug.* 1566. 27
Excitatur ſeditio contra Hoochſtratanum. 27. 28
Antwerpiani Miniſtri ſeſe excuſant Hoochſtratano. 29
iterum recrudeſcit ſeditio. ibid.
Antwerpiani Miniſtri fidem rumpunt. 30
Antwerpianos Calviniſtas vi eſſe coercendos ſuſtinet Auriacus. ibid.
Inter Calvinianos & Catholicos ſanciuntur nova pacta. 31
Antwerpiæ iterum tumultuantur Calviniani, violatur perſona Archiducis & ſacerdotes urbe ejiciuntur. 96
Antwerpiæ amovent civicæ centuriæ ſuas aras & ſacrificium Miſſæ contra ſuperiora pacta prohibetur. 113
Antwerpia deditur Parmenſi, fruſtra laborant Geuſii reſervare religionem reformatam ibidem, ubi rationes. 127
Ambroſius Wilius Miniſter ſuſcitat Tornaci rebellionem. 17
Amſterodamenſium Geuſiorum libellus. 16
Amſterodamenſes Geuſii perjuri. 34
Infame pactum Catholicis obtrudunt. ib.
Amſterodamenſes Geuſii ab Auriaco admonentur ut pacta legitima obſervent & adultera reſcindant. 36
pactum de 8. *Febr.* 1578. *quo Catholica religio ſola Amſterodami aſſeritur.* 74
pro ejus obſervantiâ ſpondent Ordines Archidux, & Auriacus. 75. 76
Litteræ Ordinum Hollandiæ promittentes Amſterodamenſibus Catholicæ fidei perpetuum cultum. 76

perfidia Geuſiorum Amſterodamenſium. 77
Amſterodamenſes Catholici falſo accuſati defenduntur. ibid.
Amſterodamenſium querela de ruptis fœderibus, & reſponſum Ordinum. 116
Aloſtum expugnatur, ubi ſævitia Geuſiorum. 119
In Amerongico pago cœduntur Geuſii ideo in Catholicos vindictam detorquent. 125
Angliæ edicta in Catholicos. 5
Angliæ regina ſuſcipit unitas Provincias in protectionem. 126
tentat pacem inter Regem Hiſpaniæ & Ordines. 128
diſſuadent Angliæ reginæ pacem Hollandici legati. ib.
Archiduci Matthiæ adventus. 72
faciunt jurare Archiducem in obſervationem Catholicæ religionis. ibid.
Archidux diſcedit. 110
Auriaco recommendatur religionis cura à Carolo V. 3
Auriacus Egmontius & Hornanus primo diſcordes reconciliantur. ibid.
Auriacus propugnat religionem Catholicam. 6
Auriacus Egmontius & Hornanus litteras ad regem dant quibus ſe Catholicos profitentur. 9
Auriaci ſententia de remediis adverſus invaleſcentes ſectarios. 10
Ab Auriaco & aliis confœderati nobiles ſeditionis accuſati. 18
Auriacus & Hornanus abnuunt reiterare juramentum fidelitatis. 24
Auriacus favet tacitè Calvinianis Ultrajecti. 36. 37

Auriacus ſe reformatæ profeſſionis profitetur. 40
Auriaci copiæ Moſam trajiciunt. ibid.
Auriacus dimittit copias. 41
Auriacus proclamari jubet edictum pro defenſione religionis Catholicæ. 41.42
Auriaci ſecundum edictum pro Catholicis de 23. *Aug.* 1572. 52
Auriacus admonet Ultrajectinos Calvinianos ne fœdera rumpant & Catholicos declarat innocentes, & fidei datæ tenaces. 104. 105
in Auriacum ſententia proſcriptoria. 108
Auriaci reſponſum & quid de eo ſentiendum. 109
Auriacus pollicetur ſe non violaturum ſacra Catholicorum in Brabantiâ. 71
Auſtriaci (Johannis) adventus in Belgium. 63
Pacem Gandavenſem amplectitur Auſtriacus. 64
Auſtriaco Hiſpanos ex Belgio ablegante demoliuntur Hollandi varia cœnobia. 65

B.

Belgicarum rerum ignorantia multos abduxit in errores, aut ſuſpenſos tenuit. 1
Belgica Nobilitas non benè concors cum Hiſpanâ. 3
In Belgium ab omni parte prorumpunt ſectarii. 3.4.
per totum pœnè Belgium publico potiuntur Calviniani expulſis Catholicis. 120
Bredenrodius caput confœderatorum nobilium. 13
cum Naſſovio & Culemburgico Genevenſi ſubſcribit confeſſioni. 8

Bona

Bona Eccleſiaſtica alienantur. 54
In Bredano colloquio declarant Hollandi ſe reformatam religionem nolle deſerere. ibid.
quid reſponderint legati Cæſaris. 55
Brila à Geuſiis capitur, ubi in Catholicos ſævitum contra promiſſa. 41
Brugis violantur ſacra. 73
Brugenſes Catholici ob perfidiam Calvinianorum unioni Ultrajectinæ, ſubſcribere nolunt. 106
Bruxellenſes Catholici petunt ut fœdera reſtituantur in eum ſtatum quo fuerant, ſed fruſtra. 87. 88
Bruxellis varii Catholici proſcribuntur indictâ cauſa. 112
Bruxellenſium Geuſiorum perfidia. ibid.
Blaſphemum eorum ſtatutum. 113
varia in Catholicos ſtatuunt. 120

C.

Carolus Quintus Cæſar. aº. 1555. ſua regna in filium transfert. 2
— *ejus cura pro religione Catholicâ.* ibid.
Caroli V. edicta in hæreticos. 5
Caroli V. judicium de privilegiis Brabantiæ. 11
Calviniani docent Catholicos morte afficiendos ob religionem. 5
Calvinus Servetum eâ de cauſâ morte punit. ibid.
Campis & in aliis Tranſyſulaniæ locis devaſtantur ſacra. 78
Catholici prima ſuſcipiunt certamina pro defendendâ reli-

religionum libertate. 5
Catholici Ordines Brabantiæ Auriacum monent, ut religionem Catholicam reſtituat in Hollandiâ. 70. 71.
ejus reſponſum. 71
Catholicorum preces pro reſtaurandis juxta fœdera ſacris denominantur ſeditioſi libelli. 116
Quid in Colonienſi conventu actum ſit de religione vide. 99. 100
Calvinus vincula obedientiæ quibus regibus obſtricti ſumus diſſolvit. 121
Claudii de Meſme, & aliorum regis Galliæ legatorum interceſſio pro Catholicis. 149
quid ordines ad eam reſponderint. 152
Conjurati nobiles in curiam veniunt & libellum Gubernatrici offerunt. 12. 13
Conjuratorum conventus ad fanum S^t.Trudonis. 18
Conjuratorum vires luxantur. ibid.
Conjurati ab Auriaco & aliis acriter tamquam rebelles perſtricti. ibid.
Conjurati iconomachos in fidem recipiunt. 23
Minantur Parmenſi. 24
Conjuratorum cum Gubernatrice conventio ſuper edictorum temperamento. 25
Conjuratorum perfidia. 26
Conjuratorum litteræ ad Parmenſem & ejus reſponſio. 27
Coppius Cornelifonius miris tormentis à Sonoianis Indicibus excarnificatur, licet apertè foret innocens. 57

Del-

D.

DElphenſes Catholici cum Geuſiis conveniunt ſuper religione. 34
iterum paciſcuntur. 43
perfidia Geuſiorum Delphenſium. 44
Delphis iterum diripiuntur ſacra. 53
Dordraci paciſcuntur Catholici ſed Calviniani rumpunt fœdus. 43. 44
Diemuntius Hornanus nullis primo tormentis ad innocentes accuſandos poteſt adigi, ſed poſtmodum victus accuſat innocentes. 57

E.

EGmontius in Hiſpaniam à Parmenſi gubernatrice deſtinatur legatus. 10
Litteræ Egmontio reduci à rege traditæ. ib.
Enchuſa quomodo ad Geuſios tranſiit. 42
quomodo fidem ruperint Geuſii. 43
Edictum Auriaci de protegendâ religione Catholicâ de 23. Aug. 1577. 52
perfidia contra hoc edictum. 53
Edictum perpetuum conditur. 64

F.

Quomodo ſævitum ſit in diverſis Flandriæ locis in Catholicos. 59

In

In Friſiâ detorquet Rennenbergicus ultionem in regium Senatum & Epiſcopum Leovardienſem. 78

G.

GRanvellanus Gubernatrici à conſiliis. 3
Granvellani diſceſſus ex Belgio. 8
Gandavenſis pacificatio. 61. 62
perfidia Hollandorum contra eam. 63
iterum ab Hollandis recipitur ejuſque executio promittitur. 71
iterum violatur. ibid.
in inauguratione Archiducis iterato promittitur & mox violatur. 72
Gandavenſes Geuſii fidem rumpunt Catholicis datam, durantibus adhuc tractatibus. 73
interveniente Auriaco coaleſcit concordia & novum fit pactum ad defenſionem Romanæ religionis quod mox iterum infirmatur à Geuſiis. 74
Geuſiorum ſupplicatio pro ſuæ religionis uſu in Brabantiâ, ubi ſpecioſa promiſſa faciunt. 82
Geuſii Miniſtri omnem ſcrupulum conſcientiis ſubtrahunt quoad perjuria contra Catholicos. 121
Geuſiis indifferens aut dare aut rumpere fidem. 48
Goeſana Civitas ſtipulatur ſalvum cultum Romanæ profeſſionis ab Auriaco. 67
perfidia contra eam ſtipulationem. 94.95
In Geldriâ violantur ſponſiones pro Catholicis interpoſitæ. 90.91
Gravienſis urbis deditio ubi Acatholicorum perfidia.

dia. 136
Gentiles accuſant falſo Chriſtianos proditionis. 132

H.

HAgam Comitis veniunt Geuſii, eorum arrogantia. 17. 21
Harlemenſes Catholici paciſcuntur cum Geuſiis. 44
perfidia Geuſiorum & quomodo innocentes quoſdam Catholicos ibidem trucidarunt. 44. 45
Contrahit civitas iterum cum Geuſiis authore Auriaco. 66
perfidia reiterata Geuſiorum. 80. 81
Harlemenſes Catholici præſentant libellum Auriaco & Ordinibus pro conſervatione Catholicæ religionis. 114. 115
quomodo ab Ordinibus excepti. 115
Hollandi Catholici & ſectarii jurant in leges conjuratis nobilibus præſcriptas. 33
Hollandi fœdus cum Auriaco concludunt ut defendat Reformatam religionem. 125
Hollandi per deputatos inſtant apud Ultrajectinos ut tollant conciones quæ aliquam affinitatem habent cum Romanenſibus ceremoniis. 125
Hollandi reginæ Angliæ diſſuadent pacem cum Rege Hiſpaniæ, quia eſt Catholicorum propugnator. 128
Hannones cum ſociis deſciſcunt à fœdere communi ob violata fœdera, &, religionem Catholicam proculcatam. 96: 97:
Haſtetum quomodo occupatum. 119.

Henrico.

Henrico Tertio Galliæ regi offeruntur Provinciæ ſalvo tamen Calviniſmo. 126
Hiſpaniæ Rex ejuratur, quas ob cauſas ibidem. 113
Horna quomodo ad Geuſios tranſiit. 42
Hornani Catholici vexati contra pacta. ibid.

I.

JAcobus Maſius nomine ordinum pollicetur Carolo Cæſari religionis Catholicæ conſervationem. 2
Iconomachia generalis præſertim Antwerpiana deſcribitur. 19. 20. 21.
Inquiſitionem ipſi Catholici oderunt. 12
Inſulanæ Civitatis litteræ ad Tornacenſes Geuſiis immania ſcelera exprobrantes. 32
Ipris violantur ſacra. 73
Juramenti formula quâ Rex Hiſpaniæ ejuratur. 113
Jannini Galliæ Regis oratio pro Catholicis. 137

L.

LEovardiæ Catholicorum ſacra devaſtantur. 78
iterum contra pacem religioſam templa diripiuntur. 94
Libertas conſcientiæ nulla eſt ſine libero religionis exercitio. 131
Litteræ regis Hiſpaniæ de puniendis Hæreticis. 10
Lugduni Batavorum paciſcuntur Catholici cum hæreticis. 35
Lumeus comes incendit cœnobia. 40. 41

in mandatis habet ut Catholicos & eorum ſacra conſeruet. 47. 48
Lumæi Sævitia in Catholicos. 49
rationes reddit cur ſæviat. 50
Lyceſtrius venit in Hollandiam. 127

M.

M*Argareta parmenſis.* 3
Margareta litteræ ad conjuratos. 17. 27
Medioblecum ad Geuſios deficit. 42
conditiones violantur. 42
Mauritius Princeps Auriacus in favorem Calvinianorum ſenatui Colonienſi ſcribit. 135
Metrius Calvinianus Hiſtoricus inquit impoſſibile eſſe ut fides belgis Catholicis data obſervetur. 72
Mechlinia turbas excitant Geuſii. 96
Mediobургenſibus jubetur ut bona Eccleſiæ tradant & clerum expellant. 54
Miniſtrorum Geuſiorum inſolentia. 15. 16
audent tamen ſe ab iconamachia excuſare. 22
Muydanæ civitatis pacta. 66

N.

N*Obilium libellus & conſpiratio.* 6: 7: 12
Nanningii martyrium & conſtantia. 58
Neomagenſis iconomachia contra publicas pactiones. 25

O.

ORdines per Jacobum Maſium pollicentur Carolo quinto ſe Catholicam religionem conſervaturos. 2
idipſum Brabantis promittitur. 148
Ordines uniti Belgii non ſolùm non perſuadentur oratione Gallicorum legatorum pro Catholicis, verum novo decreto contra eos ſæviunt. 152

P.

PArmenſis v. Margareta.
Parmenſis (Alexandri) judicium de Calvinianâ religione. 127
Perfidia generalis Geuſiorum per Hollandiam. 53
Perfidia contra pacta quibus plurimæ civitates anno 1577. ſeſe Auriaco tradiderunt. 68
Perfidia reiterata ſub Alenzonio contra ejus juſſa. 117
Perfidia contra pacem Monaſterienſem de anno 1648. 155
Petrus Holder exprobrat Barneveltio unionis Ultrajectinæ ſcrupuloſam obſervantiam. 98
Philippus Marnixius S^t. Aldegondis dominus concipit formam conſpirationis. 12
ejus oratio in primis civitatum Hollandicarum comitiis. 47

INDEX

R.

Reformationis Belgicæ fundamenta. 38
Rennenbergicus conqueritur de violatis pactionibus. 107
Reſcripta ad rurales Magiſtratus pro Catholicâ religione abolendâ. 124
Ruremondanæ urbis excidium ubi in Catholicos ſævitum. 51

S.

Sectarii quomodo ſe in gratiam Catholicorum primo inſinuaverint. 4
Schoonhoviæ contra datam fidem in Catholicos ſævitum. 49
Schoonhovia iterum Catholicam religionem ſalvam ſtipulatur. 66
Societas nulla ſecundum Calvinianos valida eſt quâ eorum religio labefactatur. 65
Sonoio cura pro Catholicorum ſacris injuncta. 42
Sonoius componit tribunal ex nefariis hominibus. 56
Statutum in Catholicos de 9. Martii 1594. 129. 130
Statutum Bruxellenſium in Catholicos de 1. May 1581. 162
Statutum Ultrajectinum in Catholicos de 11. Julii 1588. 171
Statutum ordinum Hollandiæ in Catholicos de 9. Martii 1589. 172

INDEX.

Statutum ordinum Hollandiæ de 12. *Martii* 1591. 177
cum reſcripto. 179
Statutum ordinum Generalium contra Papicolas de 26. *Martii* 1612. 181
Statutum de 26. *Februarii* 1622. 189
Statutum ſeu interdictum ordinum Hollandiæ ne ullus domos adeat publicorum legatorum ad audiendas miſſas. 195
Statutum ſeu reſcriptum Curiæ Hollandicæ, de 3. *Decembris* 1635. 196
Statutum Ultrajectinum de 10. *Septembris* 1630. 198
Excerpta ex ſtatuto Ultrajectinæ Provinciæ de 4. *Octobris* 1636. 200
Ex ſtatuto de 9. *Aprilis* 1639. 201
Statutum Ultrajectinum de 21. *Auguſti* 1644. 202
Excerpta ex ſtatuto Ultrajectino contra Papanos de 17. *Decembris* 1644. 203
Statutum ordinum Generalium in Papicolas de 14. *Aprilis* 1649. 205
Statutum Friſiæ de 26. *Julii* 1667. 216
Statutum urbis Groeningenſis de 30. *Decembris* 1667. 222
Excerpta ex Edicto ordinum Zeelandiæ de 24. *Januarii* 1673. 229
Synodi univerſalis legatio & decretum ordinum fol. 214. 215

V.

TOlenſis Civitatis pacta pro Catholicis. 67
In Tranſyſulaniâ in Catholicos ſævitum. 108

Viglius

V.

VIglius Ajita. 10
Vltrajecti debacchantur Genſii contra pacta in Catholicos. 22
Vltrajectini Catholici conveniunt cum Genſiis. 35
aſt pactum reſcindunt. 35
Vltrajectini Genſii iterum cum Catholicis paciſcuntur ſed id mox violatur. 36
Anno 1567. in Febr. ineunt Vltrajectini proceres novum pactum ad religionem defendendam. 66
9. Octobris 1577. nova tribuitur ſatisfactio Catholicis Vltrajectinis ab Auriaco. 67
Vnio Vltrajectina. 93
dum illa contrahitur violant illam Genſii Vltrajecti. 95
Vnionem Vltrajectinam irrident Genſii. 98. 99
Vltrajecti 15. Junii 1579. novum contrahitur fœdus inter Catholicos & Genſios. 101
Anno ſequenti id rumpunt Genſii. 103
Anno 1580. tollitur Vltrajecti exercitium Catholicæ religionis. 105
Vltrajecti exturbantur Canonici ex ſubſelliis ordinum. 118

W.

WEſopiæ datæ conditiones pro Catholicis. 66
Expelluntur Catholici contra pacta. 94

Woer-

Woerdæ concionatur miniſter Lutheranus contra pacta ideoque proſcribitur. 111

Weſalienſes inſtigantur ab ordinibus contra legitimum Principem. ad defendendam Calvinianam religionem. 134

Z.

Z*Utphanienſes* Catholici *queſti de pactorum violatione quid eis reſponſum.* 107

FINIS.

VITTORIO EMANUELE BIBLIOTECA IN ROMA

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google